STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00362050 7

PENNSYLVANIA
17 45
STATE LIBRARY

PISL-14
50M 5-66

COMMONWEALTH OF PENNSYLVANIA
DEPARTMENT OF PUBLIC INSTRUCTION

STATE LIBRARY
HARRISBURG

In case of failure to return the books the borrower agrees to pay the original price of the same, or to replace them with other copies. The last borrower is held responsible for any mutilation.
Return this book on or before the last date stamped below.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/vol4operaomniaex00prud

AURELII PRUDENTII

CLEMENTIS V. C.

OPERA OMNIA

EX EDITIONE PARMENSI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN QUARTUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1824.

S
871
P951
1824
V.4

nunquam ebrietas matura est.'

281 *Dianam molle succinctam*] M. Minuc. Octav. 'Diana interim est alte succincta venatrix.' Arnob. l. III. 'Semitectis femoribus Diana.' P. Faber Semest. III. 3. Turneb. XXVIII. 16. Artemidor. Onirocrit. II. 35. ibidemque alti vir ingenii Rigaltius.

285 *Clavam minari*] Natal. Com. VII. 1.

292 *Phidias*] Plin. XXXIV. 8. uti et de Mentore Arnob. lib. VI. 'Inter significes ille memoratus Phidias, et primus.'

296 *Pago dedite*] Baron. in Not. ad Martyrolog. sub 31. Januar. p. 89. Pagani a pagis dicti, pagique a fontibus: quod eadem aqua uterentur. Aquas enim Dorica lingua παγὰς dictas esse, scribit Festus. Unde Perottus: 'Fons Græce παγὴ dicitur: unde simul plures domus rusticæ, h. e. plures villæ, pagus vocatur; quod circa fontes condi hujusmodi villæ consueverint. Hinc Pagani dicti, quasi eodem fonte potantes.' Hæc ille. At vero postea usu receptum est, ut non tantum in pago degentes a Gentilibus dicerentur Pagani; sed et omnes, qui non essent adscripti militiæ: atque in Paganico esse dicerentur, qui nondum inter milites censiti essent; ut constat ex l. 1. C. de militari testamento, et aliis. Ita Tertullian. lib. de corona Militis ait, 'Christianum hominem militiæ adscriptum eadem pro Christi nomine præstare debere, quæ fides pagana condixit.' q. d. Eadem est lex Christiani hominis militantis eum illa quæ fuerat illi præscripta cum adhuc paganus nondum inter milites esset adnumeratus. Quod autem Pagani postea appellati sunt et ii qui non sunt Christiani, sed Gentiles, non antiqua, sed recens fuit ea vocis significatio. Augustin. retract. II. 43. 'Deorum falsorum cultores usitato nomine Paganos vocamus.' Unde autem Pagani appellati sint cultores idolorum, varii varia tradunt: Philastrius lib. de hæresib. c. III. Isidor. Orig. VIII. Beda in Cantic. VI. 30. et in Marcum c. XV. in Luc. VI. 23. et homil. in feriam tertiam Palmarum. Opinor autem, a temporibus Christianorum Impp. eam vocem in eam transisse significationem, ut Pagani dicerentur Gentiles, ea nimirum ex causa, quod legibus Imperatorum, clausis idolorum delubris, sacrisque vetitis, Gentiles sic sua ipsorum superstitione exclusi, Pagos adirent, illicque suos Deos colerent, ac clandestina sacra peragerent. In pagis enim et villis illorum superstitionis cultum fuisse frequentem, docet Cicero de LL. II. Erant enim illic celebria festa, Paganalia dicta, feriæque Paganicæ, quorum meminit Varro de L. L. lib. V. Unumquemque Gentilium in suo agro habuisse partem aliquam Diis sacratam, in qua eos colerent, auctor est Censorin. lib. de natali die c. 1. In hanc sententiam Romanus Martyr ita h. l. ait: 'Non erubescis,' &c. Idemque adv. Symmach. lib. I. in fine hæc habet: 'Nec pago implicitos per debita culmina mundi Ire viros prohibet.' Sicque pago deditos, pagoque implicitos, Gentiles ipsos vocat. Usque enim ad tempora Honorii Imp. quæ erat in pagis, idololatria adhuc residua fuisse videtur. Sicque ex his omnibus jure dici posse videtur, Paganos Gentiles homines sic a pago esse dictos, quod, exclusi civitatibus, in pagis adhuc idola colerent. Vide inibi plura.

299 *Quos trulla, pelvis*] Tertull. 'De simulachris nihil aliud deprehendo, quam materias esse vasculorum.' Minuc. Octav. p. 53. 'Et Deus æreus vel argenteus de immundo vasculo, ut sæpius factum Ægyptio regi, conflatur, tunditur malleis, in incudibus figuratur.' Arnob. lib. VI. p. 195. et seqq. Cl. Alex. protrept. p. 15. et seqq.

302 *Quos lana terret*] Stemma, teste

78808

Sophoclis interprete in Œdip. Tyranno, est lana ramo circumvoluta. Deorum vero simulacra hujusmodi stemmatis integi solere, apud Julium Obsequentem invenias; ubi inter prodigia refertur, ea a statuis decidisse. P. Nann. miscell. VII. 16. Lanam in picto scipione gestabant olim circulatores aut præstigiatores, qui suis fallaciis imponebant pueris et fatuis.

312 *Videndo clauditur*] Merc. Trismeg. Θεὸς ἀγέννητος, ἀφαντασίαστος, καὶ ἀφανὴς, οὐδὲ ἀκουστὸς, οὐδὲ λεκτὸς, οὐδὲ ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, ἀνεκλάλητος, ἄῤῥητος, σιωπῇ φωνούμενος. Cl. Alexand. v. Stromat. p. 256. Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ; Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατ' ἐναντίον ἠελίοιο Ἄνθρωποι στῆναι δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες, προεῖπεν ἡ Σίβυλλα. vide ibid. plura. et p. 258. Ibidem paulo ante p. 250. Orphei versus adducit: οὐδέ τις αὐτὸν Εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται. Item: Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται. Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις Μικραὶ, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύκασιν, &c. Maxim. Tyr. Dissert. XXXVIII. Theodoret. Græcar. affect. lib. I. Inf. Apoth. vs. 879. Basil. M. hexaëm. Homil. X. p. 45.

315 *Extraque*] Aratus in Phænom. apud Cl. Alexand. Strom. v. p. 255. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί· μεστὴ δὲ θάλασσα Καὶ λιμένες· πάντῃ δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες. vide Augustin. tom. II. Epist. LVII. Macar. Homil. XIII. et XVI.

Et intus] Supra Cathem. II. sub finem.

316 *Intemporalis*] Thales apud Laërt. Τὸ θεῖόν ἐστι τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχον, μήτε τελευτήν. Max. Tyr. dissert. XXXVIII. Ὁ μὲν θεὸς, τῶν ὄντων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, πρεσβύτερος μέν ἐστιν ἡλίου, πρεσβύτερος δὲ οὐρανοῦ· κρείττων δὲ χρόνου καὶ αἰῶνος, καὶ πάσης ῥεούσης φύσεως. V. N. ad Dracont. vs. 517.

320 *Ex luce fulgor natus hic est*] Justin. in exposit. fidei: Ὁ μὲν φῶς ἐκ φωτὸς γεννητῶς ἐξέλαμψε. Nazian. de Theol. Ὁ θεὸς λόγος ὁ προαιώνιος, ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς ἀθανασίας τὸ ἐκμαγεῖον ἀρχετύπου, ὁ τοῦ πατρὸς ὅσιος καὶ λόγος.

326 *Cælum solumque*] Vide Dracont. Hexaëm. et alios.

337 *Sed jussione*] Cl. Alex. protrept. Μόνον τὸ βούλημα θεοῦ κοσμοποιΐα. Et ψιλῷ τῷ βούλεσθαι δημιουργεῖ. Item: Τὸ μόνον ἐθελῆσαι αὐτὸν, ἔπεται τὸ γεγενῆσθαι. Et Strom. v. p. 254. Τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἔργον εἶναι, ait. Athanas. dial. I. de Trinit. ἡ γὰρ ἐντολὴ σύνδρομον ἔχουσα τὴν δύναμιν περίστησιν, ὃ βούλεται ὁ ἐντειλάμενος. Basil. M. Homil. VIII. in hexaëm. p. 34. Ὁ θεῖος λόγος φύσις ἐστὶ τῶν γενομένων. vide eundem ibid. p. 8. τὸ πρόσταγμα, ἔργον ἦν.

346 *Ædem sibi ipse mente in hominis condidit*] Inf. in Symmach. II. vs. 315. M. Minuc. Octav. p. 73. 'Templum quod ei (Deo) extruam, cum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non possit, et cum homo laxius maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majestatis includam? nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectore? Hostias et victimas Domino offeram, quas in usum mei protulit? ut rejiciam ei suum munus. Ingratum est; cum sit litabilis hostia, bonus animus, et pura mens, et sincera conscientia. Igitur qui innocentiam colit, Domino supplicat: qui justitiam, Deo libat: qui fraudibus abstinet, propiciat Deum: qui hominem periculo surripit, opimam victimam cædit. Hæc nostra sacrificia, hæc Dei sacra sunt.' Justin. paræn. II. Οὐ βούλεται (ὁ θεὸς) σωμάτων ἀλκὴν, καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγένειας φρύαγμα, ἀλλὰ φυχήν τε καθαρὰν, ὁσιότητι τετειχισμένην. Idem apolog. II. Lactant. V. 9. et 20. VI. 24. 25. alibique. Tertullian. apologet. cap. XXX. Senec. de Benefic. I. c. 6. Ar-

nob. lib. IV. p. 146. notæ ad Dracont. vs. 514. Augustin. D. C. X. 4. 5. 6. Cl. Alex. Strom. l. VII. p. 300. lin. 8. Philo l. de migratione Abrahami.

356 *Cordis innocentiam*] Cyprian. Ep. II. 2.

357 *Castitatem corporis*] Isidor. Pelus. Epist. III. 163. Tertull. de cultu feminar.

372 *O carnulenta nationum pectora*] Cyprian. tract. I. contra Demetrian. p. 147.

375 *Subjecta semper intuens, nunquam supra*] Cyprian. ibid. 'Ut carere Inferis possis, ad alta et cælestia suspensum pectus attolle. Quid te in lapsum mortis cum serpente, quem colis, sternis? Quid in ruinam Diaboli per ipsum et cum ipso cadis? Sublimitatem serva, qua natus es. Persevera talis, qualis a Deo factus es. Cum statu oris et corporis animum tuum statue. Ut cognoscere Deum possis, te ante cognosce. Relinque idola, quæ humanus error invenit,' &c.

381 *Deasciato supplicare stipiti*] Tertull. apologet. 'In Deos vestros per omnia membra incumbunt asciæ, et runcinæ et scobinæ.' Inde ξόανα Cl. Alex. protrept. p. 13. Arnob. l. VI. p. 196. M. Minuc. Octav. p. 53. 'Deus ligneus, rogi fortasse vel infelicis stipitis portio, suspenditur, cæditur, dolatur, runcinatur.'

385 *Urnas lambere*] Adhuc fit in Italia, inquit Fabricius, ut tumbas Divorum superstitiose osculentur.

388 *Nil est amore veritatis celsius, Dei*] Tertullian. apologet. c. XXX. et XLV. Cyprian. tract. I. contra Demetrian. p. 147. et seq.

401 *Moris o prisci status*] Cicer. II. de Divinat. 'Majorum instituta tueri, sacris ceremoniisque retinendis, sapientis est.' Aristot. Rhet. ad Alexand. Καὶ τὰ πάτρια ἔθη παρὰ πᾶσι παραβαίνειν ἄδικόν ἐστι. Val. Max. lib. II. 'In minimis quoque rebus omnia antiquæ consuetudinis momenta servanda.'

409 *Quicquid novellum*] Hac de re graphice Arnob. l. II.

412 *Divum favore cum fundaret*] Ov. I. Fast. vs. 198. Vell. Paterc. lib. I.

Puer Mavortius, Romulus] Genitor et pater Romanorum Mars, quia Romulum sevisse dictus. Ovid. Fast. III. 10. Inf. in Symmach. I. 166. Augustin. D. C. XVIII. 21.

415 *Jovi Statori*] Vell. Paterc. l. II. sub finem: 'Juppiter Capitoline, et auctor ac stator Romani nominis, Gradive Mars, perpetuorumque custos Vesta ignium, et quicquid numinum hanc Rom. Imp. molem in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit, vos,' &c. Augustin. D. C. VII. 11. Florus I. 1. Ovid. Fast. VI. in fine. Seneca de Benef. IV. 7.

422 *Pro principali rite nobiscum Deos*] Justin. apolog. II. Cyprian. Ep. I. 3. p. 16. Lips. ad XVI. Annal. Taciti.

428 *Quam fidele ut militent*] Formula videl. solennis; qua alloqui milites soliti sunt Imperatores. Ammian. Marcell. in Orat. Juliani. Constantius Imp. milites suos Romanæ rei fidissimos defensores appellat, apud eundem Marcell. l. XVII. Etiam Christiani in suis supplicationibus sic orabant: 'Fortis esset exercitus et fidus.' Ita h. l. Prudent. Frid. Lindenbrog. in observat. ad Ammian. p. 34.

443 *Nam si resistet Christiano nomini*] Justin. Mart. apologet. II. Τοσοῦτον δύνανται καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ. Sed quid interim? 'Deo magis obedire oportet, quam hominibus.'

445 *Scelus jubenti nunquam serviam*] Ita prudentiss. ille Anglorum Morus, quod incestuosum complexum Henrici regis defendere recusavit, ferrum potius ac ignem pati maluit. Ita Papinianus Caracallæ fratricidium excusare detrectavit: 'Facilius,' inquiens, 'perpetrari illud, quam excusari.' Horat. Carm. III. 3.

460 *Hoc omne, quicquid*] Tertullianus ad Martyr. et apologet.

462 *Populos quod istos perditus tecum trahis*] ‘ Qualis enim rex est, talis quoque subditus illi Esse solet populus, studiisque tenetur iisdem.’ Palingen. IX. 624. Quo spectat, quod Plinius protulit, Panegyr. ‘ Flexibiles quamcumque in partem ducimur a principe, atque, ut ita dicam, sequaces sumus.’ Et postea: ‘ Eoque obsequii continuatione pervenimus, ut prope omnes unius moribus vivamus.’ Πρὸς τὸ τοῦ ἄρχοντος ἦθος (inquit vetustus quidam autor in collectaneis ex Antonio) πλάττεσθαι πέφυκεν ὡς τὰ πολλὰ τὸν ἀρχόμενον· ὥστε ὁποῖοί ποτε οἱ ἄγοντες ὦσι, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν ἀναγόμενον εἶναι. Item: Πέφυκεν ὡς ἀεὶ πρὸς τὰς γνώμας τῶν ἀρχόντων τυποῦσθαι καὶ τὸ ὑποχείριον. Denique, Πρὸς τὰς γνώμας καὶ τὰς πράξεις τῶν ἡγουμένων αὐτῶν οἱ πολλοὶ ἐξομοιοῦνται· καὶ ὁποῖα ἂν ἐκείνους δρῶντας γνῶσι, τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν ὡς ἀληθῶς, οἱ δὲ καὶ προσποιούμενοι πράττουσιν. Tam ad bona igitur, quam ad mala rapiuntur subditi a principe: ut ad impietatem quoque cum ipso prolabantur, corruptis, per depravatam illius vitam, istorum moribus; quos eadem non patrare, quæ ipsum facere intelligant ferantque, nefas omnino sit: quod de Roboam divinum cultum contemtui habentis hominibus a Josepho ita enarratur Antiq. Judaic. VIII. 3. p. 248. Anton. Benbell. in Suscitab. I. 13. pag. 189. P. Faber Semest. III. 20. Richter. axiom. polit. c. 120. Zehner. cent. II. adag. sac. LXIX. supra περὶ στεφ. II. 27.

468 *Christus paternæ gloriæ splendor*] Coloss. I. 15. Epiphanius in Origene: Εἰκὼν ἀκριβὴς, φύσει ἐκτυποῦσα τὸν ἴδιον πατέρα, καὶ ὅμοια κατὰ τρόπον πάντα.

471 *Sola quæ non occidit*] Matth. X. Sapient. II. Ecclesiastic. XII. Phocylid. Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισιν. Max. Tyr. dissert. XXV. Alcin. de doctr. Platon. c. XXV. Lactant. passim. Æneas Gazæus de animarum immortalitate, sive in Theophrasto.

473 *Aut luce fulget*] Nazianzen. serm. funebri in Cæsarium fratrem, pag. 50. Πείθομαι σοφῶν λόγοις, ὡς ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλὴς, ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει καὶ θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γενομένη. ἅτε τοῦ ἐπισκοτοῦντος ἀνακαθαρθέντος ἢ ἀποτεθέντος, ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ λέγειν χρὴ, θαυμασίαν τινὰ ἥδεται, καὶ ἀγάλλεται, καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, ὥσπερ τι δεσμωτήριον χαλεπὸν τὸν ἐνταῦθα βίον ἀποφυγοῦσα καὶ τὰς περικειμένας ἀποσεισαμένη πέδας, ὑφ' ὧν τὸ τῆς διανοίας πτερὸν καθείλκετο, καὶ οἷον ἤδη τῇ φαντασίᾳ καρποῦται τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα, μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα, ᾧ τὰ ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν εἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας καὶ διαλύσας θεὸς, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης. καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφύϊαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἓν καὶ πνεῦμα, καὶ νοῦς καὶ θεὸς, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ ῥέοντος.

475 *Tartaro*] Ἦχι πυρὸς ποταμοὶ καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι, Ψυχῶν τ' οὐλομένων ποινὴ καὶ τίσις ἄπαυστος. Nazianz. in carm. sacris.

478 *Membra quo pacto cadant*] Prosper sentent. CIX. ‘ Ferro, peste, fame, vinclis, algore, calore, Mille modis miseros mors rapit una homines.’

479 *Casura certe lege naturæ suæ*] Demost. orat. amatoria: Πέρας μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. Et suo more et intellectu Seneca de Remed. Fortun. ‘ Morieris: ista hominis natura, non pœna est.’

481 *Nec distat, ignes*] M. Minuc. Octav. pag. 24. ‘ Inde videlicet et execrantur rogos, et damnant ignium

sepulturas. quasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen et ætatibus in terram resolvatur: nec intersit, utrum feræ diripiant, an maria consumant: an humus contegat, an flamma subducat: cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, pœna sit: si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate, medicina.'

487 *Ut febris atro felle*] Basil. M. protrept. in sac. Baptism. p. 191. *Ὅτε πυκνῷ ἄσθματι καὶ ξηρῷ συνεχόμενος, πυρετοῦ λάβρου διακαίοντος τὰ ἔνδον καὶ ὑποσμύχοντος, στενάξεις μὲν ἀπὸ μέσης καρδίας, τὸν δὲ συλλυπούμενον οὐχ εὑρήσεις.*

509 *Inflatur ira*] Infra Psychom. vs. 113. et seqq. insuperque Commentar. Terent. Adelph. III. 2. pag. 496. Basil. M. homil. *ἐν λακίζοις* pag. 213.

Solvitur libidine] Senec. Ep. XIV. 93. 'Voluptas ultro dissolvit, et omne robur emollit.' Ambr. de Cain et Abel I. 5. Notæ Pont. I. 11. vs. 33. Isidor. Pelus. Ep. I. 135.

510 *Plerumque felle tincta livores*] Basil. M. homil. *περὶ φθόνου* pag. 170. et 213.

511 *Aurum regestum*] Infra Hamartig. vs. 316.

514 *Luxus vorandi, carnis*] Cyprian. Ep. II. 2. 'Impletur in succum cibis fortioribus corpus, et arvinæ toris membrorum moles robusta pinguescit.'

522 *Quod peribit omnibus*] *Κοινὸν γὰρ ἔρχεται κῦμ' ἀΐδαο*, inquit Pindar. Nem. VII. *Ἀφνεός τε πενιχρός τε θανάτου Παρὰ σᾶμα νέονται.* ibid. *Θνήσκομεν ὁμῶς ἅπαντες.* Isth. VII. *Βροτοῖς ἅπασι καθανεῖν ὀφείλεται*, Eurip. Alcest. Psal. XLIX. 6. Sirac. XL. 29. Job XXI. 23. Horat. Carm. I. 4. et 28. Carm. II. 3. 14. et 18. et Carm. III. 1. Propert. Eleg. III. 16. Plaut. Trinum. sc. Minus quindecim: 'Nos homunculi, salillum animæ qui cum extemplo amisimus, æque mendicus atque ille opulentissimus censetur censu ad Acherontem mortuus.' Silius Italic. lib. XIII. 'Crassi mox advolat umbra, Dives apud superos, sed mors æquarat egenis.'

524 *Sic Vernularum, sic Senatorum caro*] Senec. Ep. XIV. 92. 'Æquat omnes cinis. Impares nascimur, pares morimur. Conditor ille juris humani non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Ubi vero ad finem mortalium ventum est, Discede, 'inquit,' ambitio: omnium, quæ terram premunt, similis esto.' Claudian. de Rapt. Pros. II. 'Omnia mors aquat.' Huc refer illud Lysiæ in epitaphio eorum, qui Corinthiis opem tulerant: *Ἐπισταμένους, ὅτι ὁ θάνατος κοινὸς καὶ τοῖς χειρίστοις καὶ τοῖς βελτίστοις· οὔτε γὰρ τοὺς πονηροὺς ὑπερορᾷ, οὔτε τοὺς ἀγαθοὺς θαυμάζει, ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν παρέχει πᾶσι.*

536 *Quandoque cælum, ceu liber*] Esai. XXXIV. Apocalyps. VI. Isidor. Pelus. Epist. I. 188. Perer. lib. II. in Genesim pag. 349. Justinus Martyr respondens ad quæstionem nonagesimam quartam Orthodoxorum, qua quærebatur, quemadmodum intelligendum esset, quod dicitur ab Esaia, fore, ut cælum aliquando, velut liber, complicaretur, sic ait: 'Quemadmodum cæli creationem divinæ literæ per similitudinem conferunt aliquando cum pellis extensione, dicentes, Qui extendit cælum, sicut pellem; aliquando cum firmato fumo, Cælum, inquit, ceu fumus, firmatum est; aliquando cum rotunditate cameræ, Qui extendit, inquit, cælum velut Cameram: sic e diverso, cæli dissolutionem per comparationem conferunt cum aliis rebus, ut apud Esaiam cum volumine involvendo et implicando, sicut apud Davidem Psalm. CI. cum vestimento veterascente et commutando.' Sic Justinus. Hieronymus vero super illis verbis hæc scribit: 'Considerandum, quod non dicat interire cælos, sed replicari sive complicari quasi librum; ut, postquam omnia peccata aperta fuerint et re-

lecta, complicentur qui prius aperti fuerant, ut nequaquam ultra scribantur in eis delicta multorum. In scriptura enim dicuntur cæli annunciare justiciam Dei, revelare iram ejus, et probare ac testificari hominum scelera.' S. Thomas et Nicolaus de Lyra aliter exponunt. 'Complicabuntur,' inquiunt, 'cæli tanquam liber, h. e. non exercebunt ultra Ethnici astromautiam suam, nec posthac ex astris divinare audebunt eventa hominum, quasi legerent in sideribus descriptos casus et eventus futuros.' Alii sic interpretantur: Non patebit amplius introitus in regnum cælorum, sed janua cælestis clausa erit. Sunt etiam, qui explanent hoc modo: Ministerium et usus cælorum atque siderum exhibitus homini ante diem judicii, postea esse desiuet. Nam licet non prorsus interibunt cæli, alio tamen statu erunt, et quibus nunc funguntur ministeriis et obsequiis hominum causa, ab illis post diem judicii quoquo modo vacabunt. quæ vacatio pulcre declaratur ab Esaia similitudine libri, quem posteaquam eo usi sumus, nec amplius nobis usui futurus est, complicare et claudere solemus. Nec displicet mihi interpretatio eorum, qui aiunt, illa similitudine declarari, tantam fore divinæ iræ et vindictæ demonstrationem adversus gentes, de quibus illic Esaias loquitur; tantam rerum omnium perturbationem et confusionem; tantam denique hominum tristitiam, dolorem, et conflictationem; ut præ magnitudine mœroris atque doloris, et præ animi perturbatione et oppressione, videantur hominibus cælestia lumina restingui, stellæ de cælo cadere, motusque earum conturbari; denique cælum complicari et recedere. Nam quod hic dicitur complicari, in Apocalypsi dicitur, recedere vel abire. Sic enim habes in cap. VI. Et cælum recessit sicut liber involutus. Vide ibidem plura, ut et fol. 1137.

573 *Per Solis ignem juro*] Juven. Sat. XIII. 'Per Solis radios Tarpeiaque fulmina jurat.' Ibi Scholiast. 'Persæ,' ut scribit Justinus lib. I. 'Solem unum Deum esse credunt, et equos eidem sacratos feruut.' Herodotus autem scribit lib. I. 'Persas Soli Lunæque sacrificare, et telluri et igni et aquæ et ventis, quibus solis gubernantur,' &c.

575 *Cujus recursu lux*] Basil. M. Hexaëm. Homil. VI. pag. 28. *Τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται ἡμῖν καὶ ὁ ψαλμὸς λέγων· ἔθετο ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας· σελήνην καὶ ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. πῶς οὖν ἔχει τὴν ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας ὁ ἥλιος; ὅτι τὸ φῶς ἐν ἑαυτῷ περιφέρων ἐπειδάν ποτε τὸν καθ' ἡμᾶς ὁρίζοντα ὑπεράρῃ, ἡμέραν παρέχει διαλύσας τὸ σκότος. ὅς τε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, ἡμέραν ὁρισάμενος εἶναι τὸν ὑπὸ τοῦ ἡλίου πεφωτισμένον ἀέρα. ἢ ἡμέραν εἶναι χρόνου μέτρον, ἐν ᾧ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ ὁ ἥλιος διατρίβει.* Vide eundem ibid. p. 8.

Et annus ducitur] Basil. l. d. pag. 28. *Ἀλλὰ καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς ἐτάχθησαν ἥλιος καὶ σελήνη. σελήνη μὲν ἐπειδὰν δωδεκάκις τὸν ἑαυτῆς ἐκτελέσῃ δρόμον, ἐνιαυτοῦ ἐστι ποιητική. ἡλιακὸς δέ ἐστι ἐνιαυτὸς, ἡ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον κατὰ τὴν οἰκείαν κίνησιν τοῦ ἡλίου ἀποκατάστασις.* Nonn. l. XXXVIII. p. 980. et l. XL. p. 1038.

589 *Non posse cæcis sensibus mysterium*] *Οὐ γὰρ δέχεται σῶμα ῥυπoῦν ἀκτῖνας θεότητος.* Justin. Mart. de recta confess. p. 305.

590 *Nil diurnum nox capit*] Basil. M. ibid. pag. 25. *Τότε δὲ τὴν φύσιν αὐτῶν πρὸς τὸ ἐναντίον ἀπέστησεν, ὥστε ἀμίκτως ἔχειν πρὸς ἄλληλα, καὶ φωτὶ πρὸς σκότος μηδεμίαν εἶναι κοινότητα.* Cyprian. tractat. I. contra Demetrian. 'Certe et labor irritus et nullus effectus, offerre lumen cæcis, sermonem surdo, sapientiam bruto: cum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire.'

591 *In tenebris proferam claram facem*] Philo lib. *περὶ ὀνειρ. Ἐνάργειάν*

τε πρὸ ἀσαφείας, καὶ πρὸ ψευδοῦς ὑπολήψεως ἀλήθειαν, καὶ πρὸ νυκτὸς ἡμέραν, καὶ φῶς πρὸ σκότους ἀποδέχηται.

592 *Lippus oculos obteget*] Justin. Mart. de recta confess. pag. 305. Ὁ τὰς ὄψεις ἀσθενῶν οὐδ' αὐτῷ τοῦ φωτὸς τῷ ἀπαυγάσματι προσβλέπειν δυνήσεται, διὰ τὴν τῶν ὀμμάτων ἀσθένειαν. Vide ibid. antecedentia. Synes. Epist. CV. Ἀνάλογον γάρ ἐστι φῶς πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὄμμα πρὸς λήμην, καὶ ὀφθαλμὸς εἰς κακὸν, ἂν ἀπολαύσειεν ἀπλήστου φωτός· ᾗ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ σκότος ὠφελιμώτερον, ταύτῃ καὶ τὸ ψεῦδος ὄφελος εἶναι τίθεμαι δήμῳ, καὶ βλαβερὸν τὴν ἀλήθειαν τοῖς οὐκ ἰσχύουσιν ἐνατενίσαι πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἐνάργειαν.

594 *Injuriosa est nil videnti claritas*] Proclus Constantinopolitanus Episcopus, Λημῶν ὀφθαλμὸς ἡλίου ἀκτῖνας καθαρῶς οὐ δέχεται· καὶ ἀσθενοῦσα διάνοια πίστεως οὐ προσίεται ὕψος. Chrysostomus homil. VIII. supra Ephes. IV. pag. 1082. Καὶ οἱ τυφλώττοντες ἀφ' οὗ ὤφειλον φωτίζεσθαι, ἀπὸ τούτου σκοτίζονται, οὐ παρὰ τὴν πραγμάτων φύσιν τούτων συμβαινόντων, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν εἰς δέον αὐτοῖς κεχρῆσθαι μὴ δυναμένων. Idem in Matth. Homil. XXII. pag. 214. Isidor. Pelus. Epist. I. 304. et IV. 198. Pisides hexaëm. vs. 852. Seneca Epist. XII. 84. et de vita beata cap. XXI. Item Herc. Fur. vs. 641. Basil. M. p. 229. Τοῦτο δὲ μὴ καθηραμένοις τὸν νοῦν ἀδυνατώτερον, ἢ λημῶντι πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέψαι.

609 *Sed stulta mundi summus elegit Deus*] 1 Corinth. I. 27. et Chrysostom. ibid. Homil. V. Inf. Apoth. vs. 41. Paulinus ad Cytherium: 'Benedictus autor, fonsque sanctorum Deus, Non stulta jam tantum, neque Infirma mundi defluentis eligit, Ut alta mundi destruat: Sed, ut ipse dixit, Cuncta jam sursum trahens, Et alta mundi vendicat.' Lactant. V. 19.

611 *Mavortiam lupam*] Varro in fragment. lib. XVIII. Polydor. Virgil. de inventor. rer. II. 14. Hygin. fab. 252. Inf. in Symmach. II. 394.

618 *Capellam Gnosiam suxisse fertur Jupiter*] Quomodo Jupiter a capra enutritus sit et lactatus, exponit Ovid. Fast. V. Amaltheam pulcherrimis versibus depingens. Strabo lib. VIII. 'Non in Creta, sed apud Olenum Achaiæ civitatem, quæ postea Ægeum dicta est, hoc accidisse.' sic ex Arato declarat: Ἱστοροῦσι δὲ, ἐνταῦθα καὶ τὸν Δία ὑπ' αἰγὸς τραφῆναι· καθάπερ φησὶ καὶ Ἄρατος· Αἶξ ἱερὴ, τὴν μέν τε λόγος Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν. Callimach. hymn. I. 48. Σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν Αἰγὸς Ἀμαλθείης. Marc. Minuc. Octav. pag. 47. 'At quæ Jovis sacra sunt? Nutrix Capella est,' &c. Lactant. I. 21. Apollodor. lib. I. Hygin. fab. 139. Natalis Com. II. 1. Erasm. adag. 'Copiæ cornu.' H. Jun. cent. III. ad. 88. 'Herculis cornu.' Palæphat. lib. I. de fab. narrat. Suid. in Ἀμαλθείας κέρας. Cæsar German. in Arati phænom. p. 184.

620 *Sed illa non sunt*] Lactant. VII. c. 15.

628 *Non destiterunt*] Lips. de Cruce I. 9.

636 *Hinc nos et ipsum non perire credimus Corpus*] 1 Corinth. XV. et ibid. Chrysost. Θάνατος γὰρ οὐ φθορά ἐστιν ἀλλὰ ζωῆς ἀφορμή. οὐκ ἀφανισμός ἐστι παντελὴς, ἀλλὰ μετάβασις πρὸς τιμήν: ut inquit Basil. M. in Psal. CXVI. pag. 128.

648 *Margaritas spargere Christi, vetamur*] Matth. VII. 6. Cl. Alexand. I. Strom. pag. 128. Καὶ νῦν ἔτι εὐλαβῶς ἔχω ᾗ φησιν, ἔμπροσθεν τῶν χοίρων τοὺς μαργαρίτας βάλλειν. μή ποτε καταπατήσωσι τοῖς ποσὶ καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ἡμᾶς. Χαλεπὸν γὰρ, τοὺς περὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καθαροὺς ὄντως καὶ διαυγεῖς ἐπιδεῖξαι λόγους ἀκροατῶν τοῖς ὑωδεσί τε καὶ ἀπαιδεύτοις. σχεδὸν γὰρ οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀκούσματα, &c. Idem Strom. II. pag. 156. lin. 10. Tertullian. lib. II. ad uxor. p. 616. Isidor. Pelus. Epist. I. 143. et IV. 181. Chrysost. in Matth. Homil. XXIV. Zehner cent.

III. ad. sac. 13. Ambros. Serm. VI. S. Method. apud Photium in Biblioth. pag. 493. et seqq.

653 *Ipsa naturalium Simplex sine arte sensuum*] Erudite, inquit Fabr. circumscribit experientiam; quæ est naturalis sensuum scientia; seu, rerum singularum cognitio. Theocrit. Idyll. XV. Πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται.

655 *Fuci imperitus arbiter*] Nam ' male verum examinat omnis Corruptus judex.' Horat. ' Ubi affectus obstant, verum provideri non potest.' Sall. Cat. ' Nec res institui consilio et cogitatione.' Senec. Ep. LXI. Incorruptum arbitrum ac judicem Basil. Seleuc. orat. in Transfigurat. Domini appellat ἀδωροδόκητον κριτὴν, οὐκ ἐξαργυρίζοντα δώροις τὰ πταίσματα.

657 *Sit favoris liber, et non oderit*] Προσπάθεια μὲν οὐκ ὀξυδερκεῖ, ἀντιπάθεια δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ. Isidor. Pelus. Ep. I. 310. Quare idem Ep. III. 315. rectissime: Ὁ μήτε χάριτι, μήτε δυσμενείᾳ, μήτε δωροδοκίᾳ λυμαινόμενος τὸ δίκαιον, οὗτος καὶ ἄριστός ἐστι τοῦ δικαίου κανὼν καὶ ἀδέκαστος τῶν ἀμφισβητουμένων κριτής. Saresber. v. 11. et seqq. Gunther. VIII. 144. Alexand. ab Alexand. III. 5.

672 *Est quicquid illud, quod ferunt homines Deum*] Justin. Mart. de recta confess. Δεῖ γὰρ ἕνα πάντων αἰτιώτατον εἶναι, ἵνα μηδὲν ἔξωθεν περιστὰν λυμήνηται τὰ γινόμενα, &c. Vide eundem lib. de monarchia.

681 *Mater*] Strign. in der Christburde, conc. v. p. 102. Also sollen auch die Eltern noch heutigs tages irer kinder præceptores in hausern seyn, dieselbigen zu allem guten halten, so bald sie nur anfahen zu reden, ihnen furbetten, damit sie lernen Gott recht anruffen, die stuck des H. Catechismi ihnen fursagen, feine Spruchlein und Psalmlein sie auswendig lernen lassen, auff dass sie auch einmahl sagen konnen, Meine Eltern haben mich diss gelehret, wie ienes knablein beym Prudentio sagte, da es ein schones Bekendtnuss gethan hatte, von dem Kinderglauben, dass nit mehr als nur ein einiger Gott were, und der Tyrann Asclepiades wissen wolte, von wem er solchs hette? Von meiner lieben Mutter (sprach das knablein) hab ichs, die hat mich solchs gelehrt.

685 *Lac parvus hausi, Christum et hausi*] Ὄντως ἀγαθῆς ῥίζης ἀγαθὸν βλάστημα. ἔδειξεν ἡ γενναῖα μήτηρ ὅτι δόγμασιν εὐσεβείας ἐξέθρεψεν αὐτὸν μᾶλλον, ἢ γάλακτι: ut habent verba Basilii M. Hom. in quadraginta Mart. p. 211.

689 *Male eruditi torqueatur funere*] Plurima eruditi pulveris, quæ huc trahenda, congessit eruditæ vir diligentiæ P. Faber Semest. I. 8. Basil. Seleuc. orat. in Innocentes: Οἶσθα, ὅπως ἐπὶ τοῖς τῶν παίδων δεινοῖς τὰ γεννησάντων σπλάγχνα διαπράσσεται.

700 *Plus unde lactis, quam cruoris defluat*] Basil. Seleuc. orat. in Innocent. Καὶ κεραννύσθω τὸ τῆς σφαγῆς αἷμα τῷ γάλακτι.

713 *Stat in piorum corde pietas fortior, Amore Christi*] Theophilus Alexand. ' Mens, Dei amore vallata, flammas superat, et varios tormentorum spernit dolores.'

715 *Mollis indulgentiæ*] Senec. de provid. divina c. II. Commentar. Terent. Adelph. I. 1.

724 *Non in hanc spem gloriæ te procreavi*] Basil. Seleuc. orat. in Innocent. Οἴμοι παιδίον ἐμὸν, οἴμοι οὐκ ἐπὶ τοιαύταις ἡμῖν ἐλπίσι γεωργηθέν.

727 *Fons ille vivus*] Chrysost. Ambros. lib. de Isaac et anima c. 1. Hoc

de fonte Damascen. Μετ' εὐσεβείας προσδράμωμεν εὐτόνως πηγαῖς ἀχράντοις ῥεύσεως σωτηρίου.

736 *Hic hic bibendus calix*] Basil. M. in Psal. CXVI. p. 128. Cyprian. Ep. III. 3. Ambros. Serm. LXXIII.

737 *Mille in Bethlehem*] Cyprian. Serm. de stella et Magis. Basil. Seleuc. orat. de infanticidio Herodis. Sup. Cathem. IX.

740 *Mella sumsit*] Ita Tertull. de corona Milit. 'Quia et favos post fella gustavit, nec ante rex gloriæ a cælestibus salutatus est, quam rex Judæorum proscriptus in crucem.'

743 *Omnes capaces esse*] Justin. Mart. apol. I. γεννητοῦ δὲ παντὸς ἥδε ἡ φύσις, κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι.

747 *Et garrulorum signa verborum*] Basil. Seleuc. orat. in Abrahamum: Ὡς γὰρ ηὐξήθη τὸ βρέφος, καὶ ψελλίσμασι τὸν τῶν γονέων πόθον ἐτίτρωσκε, συνηυξάνετο τῷ βρέφει τῶν γονέων τὸ φίλτρον.

749 *Qui cum immolandus*] Basil. Seleuc. ibid. Ambros. de Abraham Patriarc. I. 8. et de fide resurrect. c. XXIII. et lib. de Cain et Abel c. VIII. Cyprian. de duplici martyrio.

752 *Una matre quod septem editi pueri*] 2 Machab. VII. Martyrolog. sub 1. Augusti. ibique Baron. P. Faber Agonist. III. 10. Nazianz. serm. in Machabæos p. 145. Marius Victorin. Rhetor Afer, de fratribus Machabæis. Theophil. Alexand. Jason Cyrenæus. Cyprian. Ep. IV. 6. et de exhortat. martyrii cap. XI.

753 *Pueri, sed tamen factis Viri*] V. N. Pont. II. 2. vs. 71. Comment. Terent. Heaut. II. 1.

754 *Hortante eadem matre*] P. Faber Semest. III. 14. p. 204.

771 *Interpres animi*] Sic Democrit. γλῶσσα ψυχῆς ἄγγελος, quod expressit et Lucret. et Lactant. lib. de ira Dei, cap. XIV. Lingua cogitationis interpres. Vide Commentar. Terent. Heaut. II. 4. Synes. Epist. LVII. Γλῶττα δὲ ἀνθρώποις τὰ πρὸς ἀνθρώπους ὑπηρετεῖ. Scaliger Poët. I. 1. 'Est sane portitor animi quasi quidam sermo noster, cujus communicatione civiles conventus indicuntur, artes coluntur, sapientiæ necessitudines homini cum hominibus intercedunt.' Ambros. Hexaëm. VI. 9. 'Illud quoque præcipuum, quod soli homines ore exprimimus, quæ corde sentimus. Itaque cogitationes tacitæ mentis oris sermone signantur. Quid est igitur os hominis, nisi quoddam sermonis adytum, fons disputationis, aula Verborum, promtuarium voluntatis?' Basil. M. p. 200. Καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ὅλην ἡμῶν ἀπεικονίζει τὴν ἔννοιαν. ἃ γὰρ κατὰ καρδίαν ἐνενοήσαμεν, ταῦτα τῷ ῥήματι προηνέγκαμεν, καὶ ἔστι τοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ νοήματος ἀπεικόνισμα τὸ λαλούμενον. ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας ὁ λόγος φέρεται, καὶ ἔστιν ἡ μὲν καρδία ἡμῶν οἷον πηγή τις, ὁ δὲ προφερόμενος λόγος οἷον ὁλκός τις ἐκ πηγῆς ταύτης ῥέων. τοσοῦτον οὖν τὸ ἀπορρέον, ὅσον τὸ πρώτως φερόμενον· καὶ οἷον τὸ κεκρυμμένον, τοιοῦτον καὶ τὸ φαινόμενον, &c.

782 *Mense bisquino*] Turneb. IV. 15. Tiraquell. tom. VI. p. 195. Comment. Terent. Adelph. III. 5.

801 *O non virile robur*] Faciunt hinc verba Basilii M. homil. in Barlaam Mart. p. 202. Ἐνάρκησαν μαστίζοντες δήμιοι, ἀλλ' ἀκμαιότερος ὁ μάρτυς εὑρίσκετο. αἱ τῶν ξεόντων ἐξενευρίζοντο χεῖρες, ἀλλ' ὁ τοῦ ξεομένου λογισμὸς οὐκ ἐκάμπτετο. τὰς τῶν νεύρων αἱ μάστιγες ἁρμονίας παρέλυσαν, ἀλλ' ὁ τῆς πίστεως ἀκριβέστερον ἐπεσφίγγετο τόνος. διασκαπτόμεναι πλευραὶ δεδαπάνηντο, ἀλλ' ἡ τοῦ φρονήματος ἤνθει φιλοσοφία. τῆς σαρκὸς αὐτοῦ τὸ πλέον νενέκρωτο, ἀλλ' ὡς μήπω τῶν ἀγώνων ἀρξάμενος ἥκμαζεν. ὅταν γὰρ ὁ τῆς εὐσεβείας ἔρως τὴν ψυχὴν προκατάσχῃ, ἅπαν αὐτῇ πολέμων καταγέλαστον εἶδος, καὶ πάντες αὐτὴν ὑπὲρ τοῦ ποθουμένου καταξέοντες, τέρπουσι μᾶλλον ἢ πλήττουσι.

829 *Sancti Abelis ferculo*] Ambros. I. 10. et II. 2.

839 *Pretiosa sancti mors sub aspectu Dei*] Ps. CXVI. ib. Aug. et D. C. I.

12. et Basil. M. p. 128. Τίμιον δὲ ἀληθῶς ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. ὅταν ψυχὴ κεκαθαρμένη τῷ βίῳ ἐλευθέρα τῶν τῆς σαρκὸς μολυσμάτων, μὴ ἔχουσα σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγώνων δεδοξασμένη, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀναδυσαμένη στέφανον, ἐκ πάντων τούτων ὑπερλάμπουσα τῷ κάλλει τῆς ἀρετῆς, παραστῇ τῷ δεσπότῃ καὶ κριτῇ τῶν ὅλων, παντὸς λίθου πολυτελοῦς διαυγεστέραν τὴν ἐκ τῆς χάριτος φαιδρότητα κεκτημένη. πῶς οὐχὶ τίμιος τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος, &c. Ambr. l. de bono mortis c. VIII. D. Hieron. tom. I. Ep. XXII. fol. 68. b.

845 *Et charo adplicavit pectori*] More quodam peculiari, nisi fallor.

867 *Commovit iram fellis*] Basil. Seleuc. de infanticid. Herod. Καὶ ταῦτα αὐτοῖς τολμῶσι καὶ πράττουσιν, εἰς πλείονα μανίαν ὁ θυμὸς ὑπεθήγετο. Basil. M. in Mart. Gordium pag. 206. Τούτοις τοῖς λόγοις τὸν θυμὸν τοῦ ἄρχοντος ὡς πυρὰν ἀναφλέξας, ὅλην ἤγειρεν ἐφ' ἑαυτὸν τοῦ ἀνδρὸς τὴν μανίαν, &c.

868 *Summus magus*] Convitium solenne, quo aures Christianorum pulsabantur, Magos esse: quia vincere pœnas non fide, neque auxilio divino putabantur, sed præstigiis quibusdam eludere. Paulus sent. l. v. ad l. Cornel. de Sicar. 'Magicæ artis conscios placuit bestiis objici aut cruci suffigi; ipsi magi vivi exuruntur.' Sup. vs. 88.

881 *Lerna utrum renatis pullulescat artubus*] Ov. Met. IX. 192. 'Nec profuit Hydræ Crescere per damnum, geminasque resumere vires.' Epist. Dejaniræ: 'Quæque redundabat fœcundo vulnere serpens Fertilis, et damnis ditior ipsa suis.' Boëth. IV. Pros. 6. 'Talis namque materia est, ut, una dubitatione succisa, innumerabiles aliæ, velut hydræ capita, succrescant.' Erasm. ad. 'Lerna malorum.' Et, 'Hydram secas.' Basil. M. pag. 642. Manuel Imper. c. XLIII.

884 *Hercules lydrina suetus ustuire*] Epigram. in labores Herculis: 'Proxima Lernæam ferro et face concidit Hydram.' Justin. Mart. Parænet. II. πολύκρανον ὤλεσεν Ὕδραν. Ovid. Met. IX. 69. Boëth. IV. Met. 7. Natal. Com. VII. 1. Lucr. l. v. Propert. II. 24. vs. 25. Claud. in Rufin. I. 200. Valer. Flacc. l. VII. Senec. Herc. Fur. vs. 45. et 241. et 529. Medea vs. 701. Agam. vs. 835. Herc. Œt. vs. 19. et 1194. Coint. Smyrn. VI. 212. H. Jun. cent. I. ad. 35. 'Jolaum implorat.' Horat. Carm. IV. 4. Inf. præf. Psych. vs. 7. Bergomens. l. IV. Chron. p. 53. a. Hygin. fab. XXX. et CLI. Palæph. l. II. p. 121. b. Albric. lib. de Deor. imagin. p. 175. a. Apollodor. l. II.

892 *Quæ corpore omni sola vivit nequior*] Jac. III. Isidor. Pelus. Ep. II. 158. et II. 10. ubi ait: Ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, μάλιστα μὲν ἐπειδὴ εὔστροφος οὖσα καὶ ῥᾴστη εὐχερῶς πολλὰ λαλοῦσα κακά. καὶ γὰρ καὶ κατηγορεῖ, καὶ κακηγορεῖ, καὶ ἐπιορκεῖ, καὶ ψεύδεται, καὶ ψευδομαρτυρεῖ, καὶ πολλοὺς ἀδίκως εἰς πῦρ ἐμβάλλει, καὶ εἰς ξίφος, καὶ εἰς πέλαγος ὠθεῖ, &c. Idem Ep. I. 309. Ἀπὸ γλώσσης, ait, καὶ ὀξέα καὶ μεγάλα συμβαίνουσι πτώματα. Et ib. Ep. 325. Nota hic insimul, pro tyranni mente, illud Pind. Olym. I. Ἀκέρδεια λέλογχε Θαμινὰ κακαγόρως. Et Eurip. in Bacch. Ἀχαλίνων στομάτων, Ἀνόμου τ' ἀφροσύνας, Τὸ τέλος δυστυχία.

893 *Illa et procaci pessima in nostros Deos*] Quod in Deum blasphemi ultimo sint plectendi supplicio, constituit Imp. Justinian. in Novell. constitut. 77. Quo pertinet Authent. Gazaros. C. de hæret. et Manichæis. De linguæ autem præcisione vel exsectione, videatur Boërius decis. CCCI. n. 11. et Did. Covarr. in c. quamvis. § 7. n. 11. de pact. in 6 Jod. Damhoud. in prax. Crimin. c. LXI. n. 33. et 34. item Car. V. const. in s peinlichen halsgerichts ordnung, c. CVI. Idemque sunt secuti Elector et Dux Sax. in suis constit. et ordinationib. provincialib. de blasphem. Inprimis Aug. Elector in constit. I. part. 4. von Got-

teslesterung, rc. his utitur verbis: Die Gotteslesterung sol dergestalt, wie in des H. Reichs Policey, von dann auch in unserer Landes ordnung vorsehen, gestraft werden, Jedoch mit dieser erklarung, dass die worter (oder benemung etlicher Glieder) auff die zunge, damit solche lesterung verwirckt, zuverstehen seyn. ' Pœna criminis læsæ majestatis humanæ est mors naturalis, publicatis insuper fiscoque addictis omnibus rei bonis, et damnata defuncti memoria.' § publica autem III. Instit. de public. judiciis. L. quisquis v. C. ad L. Juliam Majest. L. ultima. D. eodem tit. ' Damnari autem defuncti memoria dicitur, cum nomini perpetua infamiæ nota inuritur, ut perpetua de eo infamia conservetur.' Menoch. consil. XCIX. n. 53. Sed hæc de eo tantum, qui perduellionis reus est hostili animo adversus Rempubl. vel Principem animatus: ut testatur Ulpian. in dicta L. ult. Fachin. controvers. juris IX. 33. De eo autem, qui Principi maledicit, notetur L. unica. C. si quis Imperatori maledixerit.

920 *Insufflat*] Tertul. lib. II. ad uxorem: ' Latebisne tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immundum flatu exspuis?'

928 *Christum loquenti lingua nunquam defuit*] Aurea sententia, et exemplis confirmata. Scitum est, quod Rufino respondet Hieronymus: ' Mori pro Veritate possum, tacere non possum.' Cujac. observat. XIX. 6. Niceph. Hist. Eccles. XVII 11. Justinian. Imp. l. I. C. de offic. præf. prætor. Afric. Themist. Euphrad. orat. III. p. 58.

943 *Hanc nempe factor vertere, ut libet, potest*] Ὁ θεὸς οὐκ ἔμμετρον ἔχει τὴν δύναμιν. Διὰ τοῦτο οὐδὲν αὐτῶν ἐστιν ἀνεπιτήδειον πρὸς ποίησιν πάντων, ὧν βούλεται, quod inquit alicubi Justin. Mart.

947 *Fluctus liquentis*] Justin. Mart. quæst. ad orthod. CXVII. Theodoret. lib. VI. Græc. affect.

953 *Mutis loquelam, percitum claudis*] Nonni verba apposite huc quadrant l. XXV. De vita Draconi mortuo restituta, vi herbæ, cui nomen, Jovis flos: Νεοπνεύστοιο δὲ νεκροῦ Χεῖρες ἐλαφρίζοντο, καὶ ἁρμονίῃ πέλε μορφῆς, Ποσσὶν ὁδοιπορίη, φάος ὄμμασι, χείλεσι φωνή.

996 *Testor salutem principis*] Genium vel salutem principis jurare, extat lib. XIII. § fin. ff. de jurejurando. Meminit Tertull. lib. ad Scapul. et Apolog. c. XXVIII. et XXXV. Jurare per Genium principis, Accursius interpretatur, Deum principis: Bartolus principem ipsum, exponit: vide legem, ' Qui per salutem ' XXXIII. D. de jurejuran. Lips. ad Tacit. mihi p. 71. et ad Plinii Panegyr. p. 104.

1011 *Summus sacerdos*] Infra Apoth. vs. 460. Terentina sacra ad aram Ditis et Proserpinæ subterraneam fiebant Romæ, ad Tiberim in campo Martio, qui locus Terentum dicebatur. Effodiebantur ad ea scrobes sub terra pedum viginti. Immolabatur autem bos furva. Sacra durabant noctibus tribus, quibus etiam ludi nocturni adhibebantur, et tribus in anno sacra renovabantur vicibus. Fabric. Videatur Baron. tom. IV. Annal. sub anno Christi CCCLXI. p. 5.

1013 *Infulatus*] Turneb. XXVIII. 6. ex Onomastico perantiquo P. Danielis: ' Infula, sacerdotalis vitta, et administratio judicialis.'

Mire infulatus] Adi eximium Carol. Paschalium Coron. IV. 13. et ibid. c. 23. ubi pro *mire*, melius opinatur legi, *mitra*.

Festa vittis tempora nectens] Ovid. Pont. III. 2. de Iphigenia: ' Dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis.' V. N. Pont. III. 2. vs. 74.

1021 *Taurus ingens*] Hostiæ dupli-

ces erant; Majores Minoresque. atque illæ Diis majoribus. Virg. Georg. II. 'Maxima taurus Victima.' Turneb. XXVIII. 20. Major hostia est, quæ adolevit crevitque, et perfectæ ætatis est: ἱερεῖον τέλειον Græci dicunt.

1022 *Sertis*] Victimas plerumque cupressu coronatas fuisse constat; ut liquet ex Apoth. inf. vs. 462. Hic aliis frondibus et foliis. Paschal. Coron. IV. 17.

1024 *Auro frons coruscat hostiæ*] Ritu Romano hoc scribitur, sed non sine antiquitatis effigie. Victimas enim majores cornib. inauratis, et capite velato infula, atque candida vitta, ante aras immolandas sistebant. 'Auratam frontem' dicit cjus juvenci, cujus cornua auro lita sunt. Homer. Iliad. X. Τήν τοι ἐγὼ ῥέξω χρυσὸν κέρασι περιχεύας. Idem Odyss. III. Virg. Georg. I. et Æn. IX. Ovid. Met. VIII. 770. et X. 266. et XV. 130. Macrob. III. 5. Tibull. l. IV. 'Parvaque cælestes pacavit mica, nec illis Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.' Martial. Epigr. IX. 43. Turneb. XIX. 18. et XXIX. 25. Johan. Hartung. decur. III. locor. memor. c. 9. Gyrald. hist. Deor. syntag. XVII. p. 499. Meurs. ad Lycoph. p. 180.

1051 *Hecatombe*] Eustath. in Homeri Iliad. p. 36. Ἑκατόμβη ἡ θυσία οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἡ πολυτελής. ἡ ἐξ ἑκατὸν δηλονότι κυρίως βοῶν. ἦν δὲ καὶ βούταν φόνον κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὀρθῶς εἴποι τις ἄν. et quæ sequuntur. Vide ibid. p. 191. Ovid. Trist. II. 75. Casaubon. ad Capitolin. p. 441. Cæl. Rhodig. XX. 6. Scholiast. Juvenal. ad Sat. XII.

1061 *Cultrum in lacertos*] Athenag. apolog. Οἱ δὲ ἐγκόπτουσιν ἢ ἐντέμνουσιν, οἱ περὶ τὴν Ἄρτεμιν. ἐῶ γὰρ τοὺς ταῖς μαχαίραις καὶ τοῖς ἀστραγάλοις αἰκιζομένους αὐτοὺς λέγειν. 3 Reg. XVIII. κατετέμνοντο κατὰ τὸν ἐθισμὸν αὐτῶν ἐν μαχαίραις καὶ σειρομάσταις, ἕως ἐκχύσεως αἵματος. Apul. l. VIII. M. Minuc. Octav. p. 55. Jul. Firm. Matern. lib. de errore prof. relig. Stat. lib. X. Hinc Lucan. vocat 'Sanguineos.'

1063 *Furere ac rotari*] Augustin. de Civ. Dei VI. 'Insaniæ patrocinium est insanientium turba.'

1066 *Ast hic metenda dedicat genitalia*] Galli sacerdotes in matris Idææ honorem testa se execabant et evirabant Samia. Juven. Sat. II. 'Quid tamen expectant, Phrygio quos tempus erit jam More supervacuam cultris abscindere carnem?' Claudian. l. I. in Eutrop. 'Ingninis et reliquum Phrygiis abscindere cultris.' Turneb. IX. 26. et XXIV. 17. et XXIX. 5. Lucian. de Dea Syria. Catull. in Galliambo. Lamprid. in Commodo et Heliogabalo. Plut. Sympos. sect. VI. M. Minuc. Octav. p. 48. Scholiast. Hephæst. Arnob. lib. V. Justin. Mart. apolog. II. Καὶ φανερῶς εἰς κιναιδίαν ἀποκόπτονταί τινες, καὶ εἰς μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρουσι.

1076 *Sacrandus accipit sphragitidas*] Quos Deo alicui consecrabant et initiabant, hos stigmatibus inurebant. Vide Lips. I. de Milit. Rom. dial. 9. Stewech. ad Veget. II. 5.

1097 *Passionis gloria*] Tertull. apol. c. I. pœnam Christianorum vocat Victoriam. Cyprian. de dupl. martyr.

1134 *Libramine æquo qui malorum pondera*] Theodoret. Græcar. affect. lib. XI.

Malorum pondera] Augustin. Serm. LXXXI. de tempore. Chrysost. Hom. l. V. in 2 Tim. et tom. V. de reparat. lapsi. Item August. c. III. Speculi peccator. 'Tunc et horribilia patebunt loca pœnarum, chaos et caligo tenebrarum, horror miseriæ et tribulationis, tremor et timor angustiæ ac confusionis; dolor horrendæ visionis, tremor horrendæ mansionis: ubi locus flentium, ubi stridor dentium; ubi morsus vermium, ubi clamor dolentium, ubi luctus gementium: ubi est vox clamantium peccatorum et dicentium: Væ nobis, væ nobis filiis Hevæ.'

1135 *Præmiorum copias*] Esai. xxxv. 10. et li. 11. et lx. 2. alibique. Apocal. xix. 6. et 7.

1136 *Hædorum greges*] Impios verbi divini contemtores, peccatis fætentes, Hædos vocat, quod sint ἄτακτοι καὶ ἄκαρποι, interpretibus Theophylacto, Chrysostomo, Origene, et Hieronymo. Macar. Homil. v.

Hymn. xi. 3 *Incisos tumulis titulos*] Lapides inscriptos, qui tumulis imponebantur; adeo notum est, ut exemplis opus non sit. Adi Johan. Kirchman. de funer. Rom. iii. 19. et 20.

15 *Quorum solus habet*] Solidum enim stat fundamentum fidei, habens signaculum hoc, ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. 2 Timoth. ii. 19.

19 *Hippolytum*] Bergomensis lib. viii. Chron. p. 197. a. Baron. tom. ii. Annal. et Not. ad Martyrolog. sub 30. Jannar. p. 83. et sub 13. Augusti p. 512. Lippelous tom. iii. sub 13. Augusti. Fabric. ‘Hippolytus, factus ex hæretico catholicus: e Novatiano, Episcopus (ut Nicephorus) Ostiensis, Decio Imp. mandante; Ostiæ martyrium subiit, ab equis effrenibus dilaceratus. Sepultus extra Esquilinam, in crypta Verania.’

36 *Qua via dextra patet*] Cl. Alexand. Strom. v. pag. 239. Πάλιν αὖ δύο ὁδοὺς ὑποτιθεμένου τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν ἀποστόλων, ὁμοίως τοῖς προφήταις ἅπασι· καὶ τὴν μὲν καλούντων στενὴν καὶ τεθλιμμένην, τὴν κατὰ τὰς ἐντολὰς καὶ ἀπαγορεύσεις περιεσταλμένην, τὴν δὲ ἐναντίαν τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν, πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον, ἀκώλυτον ἡδοναῖς τε καὶ θυμῷ· καὶ φασκόντων, μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη.

37 *Seque ducem recti*] Lactant. iv. 24. ‘Habere non possunt, quæ doceas, firmitatem; nisi ea prior feceris.’ Cyprianus Epist. iii. 21. ‘Quantum perniciosa est ad sequentium lapsum ruina præpositi, in tantum contra utile est et salutare, cum se Episcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum.’ Vide eundem Ep. i. 1. et ii. 1.

45 *Janiculum*] Baron. tom. i. annal. p. 860. et 953.

49 *Inter carnifices*] Benbellon. in Suscitab. part. i. c. 15. p. 216.

65 *Crux istum tollat in auras*] Lips. de cruce ii. 13.

69 *Rimosæ imponere cymbæ*] Ita sub Diocletiano multi scaphis et navibus impositi, magno numero in mare demergebantur. Hist. Magd. cent. iv. cap. iii. Osiand. cent. iv. i. 5. Johan. Aventin. l. ii. pag. 222. a. ‘Sic Carthaginis Episcopus, Quod vult Deus dictus, cum maxima turba sacerdotum fractis navigiis imponebantur, et fluctibus committebantur.’ Histor. Magd. cent. v. cap. iii. Osiand. cent. v. lib. ii. cap. 8.

81 *Si foret extinctum propere caput*] Mecænas apud Dioncm Cassium lib. lii. Τὸ μὲν θεῖον πάντῃ πάντως αὐτός τε σέβου κατὰ τὰ πάτρια, καὶ τοὺς ἄλλους τιμᾶν ἀνάγκαζε, μὴ μόνον τῶν θεῶν ἕνεκα, ὧν καταφρονήσας οὐδ' ἄλλου ἄν τινος προτιμήσειεν, ἀλλ' ὅτι καινά τινα δαιμόνια οἱ τοιοῦτοι ἀντεισφέροντες πολλοὺς ἀναπείθουσι ἀλλοτριονομεῖν. κἀκ τούτου, καὶ συνωμοσίαι, καὶ συστάσεις, ἑταιρίαι τε γίγνονται, ἅπερ ἥκιστα μοναρχίᾳ συμφέρει. Lips. polit. iv. 2. et lib. adv. Dialogist. p. 85.

87 *Ergo sit Hippolytus*] Apud Soph. Ajax de se: Αἲ αἲ! τίς ἂν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον· Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ Καὶ τρίς. Ibi Scholiast. Ἔστι καὶ τοῦτο ἀρχαιότροπον, τὸ πρὸς τὰς ὀνομασίας ἐκφέρειν τὰς συμφοράς. Justin. Mart. apol. ii. Ὀνόματος μὲν προσωνομίᾳ, οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων. Et paulo post: Ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ, ἢ ἔπαινος ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μή τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δυνήται.

90 *Freni ignara*] Plut. Περὶ παιδ. ἀγωγ. Ἵπποι μὴ καλῶς πωλοδαμνηθέντες,

οὐκ εὐπειθεῖς τοῖς ἀναβαταῖς, ἀδάμαστοι, σκληραύχενες, καὶ θυμοειδεῖς. Basil. M. p. 188. Τί φοβῇ τὸν ζυγὸν, ὥσπερ δάμαλίς τις ἀπειρόζυγος; Zehn. Similit. CVI.

111 *Prorumpunt alacres*] Confer Senec. Hippol. vs. 1079.

123 *Exemplar sceleris*] Pingi solitas esse venerandas imagines, ostendit hic locus. Et alter in Cassiano vs. 9. P. Faber Agonist. II. 21.

154 *Mersa latebrosis crypta foveis*] Intelligit cryptam Veraniam in via Tiburtina; quam describit. Cryptæ aliæ tres Romæ sunt celeberrimæ, D. Agnetis, D. Sebastiani, D. Pancratii, extra portas Viminalem, Capenam, Aurelium, &c. Fabric.

195 *Jam cum se renovat*] Quam frequentes confluxerint ad celebritates sanctorum, h. l. ostendit, dum de frequenti accessu ad ejus Ecclesiam, quæ erat extra mœnia, in die Natali ejus agit. Baron. tom. I. annal. p. 719.

HYMN. XII. 4 *Pauli atque Petri*] Quidam putant una eademque die mensis Julii (3. Calend. Jul.) utrumque ductum ad mortem, ut tamen non uno anno contigerit. Prudent. h. l. vs. 5. Quem secutus Arator lib. II. 'Cum natura dedit geminos, quos addidit astris, Non eadem, tamen una dies, annique voluto Tempore sacravit repetitam passio lucem.' Id affirmasse etiam S. Augustinus videtur de san. Serm. XXVIII. 'Currunt uterque ad palmam martyrii, et uterque perveniunt ad coronam, non quidem eodem temporis cursu, sed anni vertentis occursu.' Verum alii dicunt, eodem anno ambos una die martyrii palmam adeptos esse. Cæsar Baron. tom. I. annal. pag. 853. Rittershus. ad Gunther. pag. 37. Martyrolog. sub 29. Junii, ibidemque Baron.

6 *Laureatum*] Carol. Paschal. Coron. VIII. 10.

11 *Prima Petrum rapuit*] A nonnullis tamen dubitatur, Romæne, an apud Hierosolymam potius cruci sit affixus. Mich. Beutler. JC. in Animadvers. seu disceptat. Histor. cap. III.

15 *Ut pedibus mersum caput imprimant*] Origenes in Genes. apud Euseb. III. 1. 'Petrus ad extremum Romæ cum versaretur, capite deorsum statuto (sic enim perpeti cupiebat) cruci affixus est.' Chrysostom. Homil. in princip. Apost. 'Gaudeas Petre, qui ligno crucis fruitus es, et ad magistri similitudinem recta quidem figura, sicut Dominus noster, crucifigi noluisti, sed magis inverso capite, veluti e terra ad cælum iter parans.' Et super 2 Timoth. II. Homil. V. Ὁ Πέτρος κάτωθεν ἀνεσκολοπίσθη. D. Hieron. de scriptor. Eccles. cap. I. Baron. annal. I. pag. 861. Dresser. de Fest. diebus.

18 *Hoc mente major*] Ita Homer. Iliad. V. de Tydeo: Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.

24 *Feriri*] Ἀποκεφαλίζεσθαι, ut loquitur Chrysost. l. d.

Gentium magistrum] 2 Timoth. IV. 17.

26 *Jam resolvor*] Phil. I. 23. ibidemque Chrys. Hom. IV. et 2 Tim. IV. 6. Ambros. lib. de bono mortis c. III.

27 *Immolatur ense*] Ex l. d. 2 Timoth. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι. Ambros. serm. 68. et 69.

32 *Murmurans fluento*] D. Petri templum ostenditur in monte Vaticano, prope quod ortum fontem scribit hic Prudent. ex quo baptizaverit suos carceris custodes. Fabric. Sup. Hymn. VIII.

36 *Colymbo*] Turneb. XXIV. 8.

45 *Via Ostiensis*] D. Pauli templum extra portam Ostiensem, unum dictum ad tres fontes, ubi gladio cæsus est, alterum non procul inde in ripa Tiberina, quod extruxit Constantinus. Prius illud propter aëris gravitatem a paucis monachis habitatur: hoc autem a frequenti multitudine celebra-

tur quotidie; unum e maximis et cultissimis, quæ nunc Romæ visuntur. Fabric.

49 *Ut omnis aurulenta*] Lips. de magnit. Rom. III. 14. Arnob. de ædibus sacris: 'Sint ergo hæc licet aut ex motibus marmoreis structa, laquearibus aut renideant aureis; splendeant hic gemmæ et sidereos evomant variata intersitione fulgores; terra sunt hæc omnia et ex fæce vilioris materiæ concreta.' Vide et Agell. XV. 8.

HYMN. XIII. 2 *Cyprianum*] Fabric. 'Cyprianus, Thascius Afer, e mago fit Christianus, ut et Anastasius: ex oratore fit martyr, ut et Justinus: tandem Carthaginensis Episcopus, anno secundo Impp. Valeriani et Galieni, a nato Christo 256. gladio percutitur.' Baron. tom. II. annal. Lippel. tom. III. sub 14. Septemb. D. Hieron. tom. VI. p. 58. et descript. Eccles. August. Serm. de S. Cypriano martyre: ut et Nazianzen. p. 108. Scaliger animadvers. in Chron. Eusebii p. 216. b.

5 *Sola obire nescii*] Loquitur de scriptis, quæ annos ferunt et vetustatem, ut ait Ovid. Pont. IV. 8. et Trist. V. 10. Bene Pindar. Isth. V. Οὗτοι τετύφλωται μακρὸς μόχθος ἀνδρῶν. Infra hymn. X. 1116.

35 *Valerianus opum princeps*] Anton. Benbell. in Suscitab. partis I. c. V. pag. 44.

41 *Esse levem cruciatum*] Isidor. Pelus. Epist. III. 207. et IV. 63. Cyprian. ad Quirin. III. 17. 'Minora esse quæ in sæculo patimur, quam sit præmium quod promissum est.' Idem lib. de duplici martyrio. Chrysost. Homil. XIV. super cap. VIII. ad Roman. Ταῦτα μὲν γὰρ, οἷα ἂν εἴη τὰ παθήματα, τῷ παρόντι συγκεκλήρωται βίῳ· τὰ δὲ μέλλοντα ἀγαθὰ πρὸς τοὺς ἀθανάτους παρεκτείνεται αἰῶνας. Ibid. mortalitati τὴν ἀφθαρσίαν tanto præstantiorem inquit esse, ὅσον βώλου πηλίναν ὁ καθαρὸς μαργαρίτης ἀμείνων. Idem in 2 Cor. IV. Homil. IX.

50 *Ducitur ante alios*] Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. cap. V. pag. 47. et c. XI. p. 105.

59 *Fio Cyprianus alter*] Basil. M. p. 190. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρετὴ, ἔκκλισις ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησις ἀγαθοῦ. Et sup. Psalm. I. pag. 56. Ἀρχὴ πρὸς τὴν ἀνάληψιν τῶν καλῶν, ἡ ἀναχώρησις τῶν κακῶν, &c. Et mox pag. 57. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῆς κλίμακος, πρώτη ἀνάβασις, ἡ τῆς γῆς ἀναχώρησις· οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας, ἀρχὴ προκοπῆς ὁ χωρισμὸς τοῦ κακοῦ. Et sup. Psalm. XXXIV. pag. 94. inter alia: Ἀμήχανον γὰρ, ἅψασθαι τοῦ ἀγαθοῦ, μὴ ἀποστάντα πρότερον παντελῶς καὶ ἐκνεύσαντα τοῦ κακοῦ. Et D. Hilarius in Psalm. CXLIV. 'Solum malum non admittere, non habet laudem, nisi mali abstinentiam etiam gloria boni operis consequatur.'

87 *Candida Massa*] Fabric. Massa candida, locus Carthagine fuit, a calce dictus, quod nomen longo tempore retinuit.

HYMN. XIV. *Passio Sanctæ Agnetis*] Nathan Chytræus Fastor. lib. I. p. 43.

1 *Agnes*] Fabric. 'Agnes, puella nobilis Romana, martyr: passa anno ætatis 13. ut D. Ambros. in ipsius vita scribit; cujus adhuc splendidum templum est extra portam Viminalem, via Numentana, a Constantina Constantini filia extructum atque ornatum: ut autor est Damascen.' Baron. II. Annal. Lippel. tom. I. sub 21. Januar. Ambros. Serm. XCVIII. et lib. I. de virginib. p. 1. et lib. II. p. 5. 6. Cujac. observat. XIII. 3. Bergomens. l. VIII. Chron. p. 201. b.

7 *Duplex corona est præstita*] Στέφανος significat nomen, decus, laudem e re qualibet partam. Cæterum quod laus et præmium sunt implexa, cum corona significat laudem, fere etiam signat eminens ac triumphale præmium. Martyrium Christianorum Tertullianus 'boni agonis coronam'

vocat, h. e. præmium. Et martyres martyrio coronari, frequens est apud scriptores Ecclesiasticos locutio. 'Inclito Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non potest;' inquit Hieron. Ep. II. 14. Quæ vero sit martyrii corona, et unde conficiatur, idem docet in epitaphio Paulæ ad Eustoch. ubi duo facit genera martyrii; unum quod consistit in effusione sanguinis; alterum in devotæ mentis immaculata servitute; quod ipse vocat quotidianum martyrium. 'Illa,' inquit, 'corona de rosis et violis plectitur; ista de liliis.' Hic ipse Coronæ significatus sæpe obvius est apud Prudentium. Hymno Vincentii vs. 4. Hymno IV. 136. Hic duabus, inquit, coronis insignita est hæc martyr; una, quæ est impollutæ virginitatis; altera liberæ mortis, quam Virgo animosa malnit oppetere, quam e Christianis castris transfugere ad lupanar idolorum. Hinc igitur constat, Coronam non solum significare præmium, sed et martyrium, qui est promtissimus aditus ad æternam felicitatem. Etenim Coronare est beare, et felicitate donare. Carol. Paschal. Coron. I. 6.

11 *Primis in annis Christo calentem*] 'Fides enim non in annis, sed in sensibus invenitur. Et Deus omnipotens mentes magis comprobat, quam ætates.' Ambros. ibid.

27 *Ac de Minerva*] Inf. Apoth. vs. 458.

28 *Virginem*] Homer. hymn. in Venerem. Τρισσὰς δ' οὐ δύναται πεπιθεῖν φρένας, οὐδ' ἀπατῆσαι, Κούρην δ' αἰγιόχοιο Διὸς γλαυκώπιδ' Ἀθήνην· Οὐ γάρ οἱ εὔαδεν ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης. Nonno est l. III. φυγόδεμνος. Et l. XLII. p. 1100. Ἀλλ' ἐρέεις γλαυκῶπιν ἀπειρήτην ὑμεναίων, Νόσφι γάμου βλάστησε, καὶ οὐ γάμον οἶδεν Ἀθήνη. Eustat. in Homer. Iliad. p. 93. Minervam scribit παρθένον διατελεῖν, διὰ τὸ ἄγνὸν τοῦ τοιούτου ἀέρος. Hygin. fab. CLXVI. Fulgent. mythol. lib. II. de Vulcano et Minerva.

43 *Intendis unus forte procaciter*] P. Faber Semest. III. 19. Ambros. l. d. aliter.

77 *Ferrum in papillas*] Lips. Saturn. II. 22. Turneb. IV. 18. M. Velserus Rer. Aug. Vind. p. 242.

99 *Quod vana sæcli mobilitas rapit*] Basil. M. Homil. in humilitatem p. 216. Πρᾶγμα πλῆρες ἀνοίας ὑπομένοντες, ὀνείρου σαθροτέραν ἔχοντες δόξαν, καὶ ματαιοτέραν φασμάτων νυκτερινῶν περιβεβλημένοι λαμπρότητα, νεύματι δήμου συνισταμένην, &c. Et p. 221. τοῦτο γὰρ δήπου γνώριμον οἶμαι καὶ νηπίοις πᾶσιν, ὡς οὐδὲν τῶν ἐν βίῳ τερπνῶν, ἐφ' οἷς οἱ πλείους μεμήνασιν, ἡμέτερον ὄντως ἐστὶν ἢ γίνεσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ὁμοίως ἀπάντων ἀλλότρια φαίνεται, τῶν τε ἀπολαύειν δοκούντων, τῶν τε οὔτε προσπελαζόντων αὐτοῖς. οὐδὲ γὰρ, εἰ χρυσόν τινες ἐν τῷ βίῳ συναγάγοιεν ἄπλετον, ἴδιος αὐτῶν μένει διηνεκῶς· ἀλλ' ἢ ζῶντας ἔτι πανταχόθεν αὐτὸν περισφίγγοντας ἀποδιδράσκει πρὸς τοὺς δυνατωτέρους μεταῤῥυείς, ἢ πρὸς τῷ θανάτῳ γεγενημένους ἤδη καταλιμπάνει, καὶ οὐκ ἐθέλει τοῖς κτησαμένοις συνεκδημεῖν. et quæ ibidem sequuntur plura.

107 *Nunc breve gaudium*] Philemon apud Stob. Τοιοῦτος ὁ βίος ἐστὶν ἀνθρώπου, ἀεὶ εὐφραινόμεσθ' ἔλαττον, ἢ λυπούμεθα. Seneca Thyeste: 'Nulla sors longa est; dolor et voluptas Invicem cedunt: Brevior voluptas.' Symmach. Ep. I. 42. 'Sic nati sumus, ut sæpius adversa fungamur. Fugiunt voluptates, et bonæ cujusque rei tam brevis usus, quam levis sensus est.' D. Hier. tom. II. p. 20. b. 'Sæculum hoc pelago comparatur, in quo rara sunt prospera, densa sunt turbulenta.' Inf. Hamartig. vs. 450. Plut. in lib. ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως.

108 *Livoris atri*] Virg. epigr. de livore. Basil. M. Hom. περὶ φθόνου, p. 170.

109 *Nigrescit unde spes hominum*] Basil. M. l. d. φθόνου πάθος οὐδὲν ὀλεθριώτερον ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐμφύεται. ὃς

ἐλάχιστα λυπῶν τοὺς ἔξωθεν, πρῶτον κακὸν καὶ οἰκεῖόν ἐστι τῷ κεκτημένῳ. ὥσπερ γὰρ ὁ ἰὸς σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναλίσκει. μᾶλλον δὲ ὥσπερ τὰς ἐχίδνας φασὶ τὴν κυήσασαν αὐτὰς γαστέρα διεσθούσας ἀπογεννᾶσθαι, οὕτω καὶ ὁ φθόνος τὴν ὠδίνουσαν αὐτὸν ψυχὴν πέφυκε δαπανᾷν. λυπη γάρ ἐστι τῆς τοῦ πλησίον εὐπραγίας ὁ φθόνος, &c.

127 *Gemello cum diademate*] Gemellum diadema vocat non duorum regnorum, sed, quod multo est excellentius, martyrii et virginitatis. Paschal. Coron. x. 10.

IN APOTHEOSIN.

Præf. 1 *Est tria summa Deus*] Justin. in exposit. fidei: Ἓν τριάδι μονὰς, καὶ ἐν μονάδι τριὰς, μία θεότης πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. Basil. orat. funebri in Basil. Τρία μὲν ταῖς ἰδιότησι, ἓν δὲ τῇ θεοτητι.

4 *Tempore nec senior pater est*] Symbol. Athanas. vs. 25. Justin. Mart. de recta confess. Euphronius presbyter in exposit. symb. Athanas. super illa verba: 'Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius. Quia,' inquit, 'sicut numquam Filius sine Patre, sicut numquam fuit Pater sine Filio; sic et numquam fuit Pater et Filius sine S. Sancto: coæterna ergo Trinitas et inseparabilis unitas sine initio et sine fine.'

5 *Edidit ex se Verbum*] Nazianz. ad Heron. Philos. Ἴδιον πατρὸς μὲν ἀγεννησία, υἱοῦ δὲ ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ἔκπεμψις. Basil. M. p. 200. Ἀλλ' ἐρεύνα τὴν διάνοιαν τοῦ ῥήματος. διά τι λόγος; ἵνα δειχθῇ, ὅτι ἐκ τοῦ νοῦ προῆλθε. διά τι λόγος; ὅτι ἀπαθῶς ἐγεννήθη. διά τι λόγος; ὅτι εἰκὼν τοῦ γεννήσαντος, ὅλον ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν γεννήσαντα, οὐδὲν ἐκεῖθεν ἀπομερίσας, καὶ τέλειος ὑπάρχων καθ' ἑαυτὸν, &c. Vide Nazianz. Serm. II. de Filio p. 218.

6 *Gignenda ad secula*] Joh. I.

10 *Spiritus ista Dei complet*] Basil. M. Homil. de S. Sancto p. 241.

Fideles In populos charisma] Basil. homil. de fide p. 198. Ὥσπερ ἀχώριστον τῷ πυρὶ τὸ θερμαίνειν, καὶ τῷ φωτὶ λάμπειν, οὕτω τῷ πνεύματι τὸ ἁγιάζειν, τὸ ζωοποιεῖν, ἡ ἀγαθότης, ἡ εὐθύτης. Vide ibid. reliqua.

Præf. II. 5 *Arctum salutis viam*] Matth. VII. Justin. Mart. quæst. et respons. I. Cypr. de stella et Magis. Nilus parænet. n. 226. Μακάριος ὁ τὴν στενὴν ὁδεύων ὁδόν· στεφανοφορῶν γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσέρχεται. Chrysost. homil. in Matth. XXIV. Ambr. Ep. X. 80. sup. περὶ στεφ. IV. 36. D. Hieron. tom. I. Ep. 14.

12 *Rectum tramitem*] Ὁδὸν ἄγαν εὐπόρευτον καὶ βασιλικὴν ὄντως, ut Nazianz. vocat: vel ut Greg. Nyssen. τὴν πλατεῖαν καὶ κατωρεφῆ καὶ εὐρύχωρον ὁδόν. Philo, τὴν εὐθεῖαν ἀτραπόν. Item: κατὰ λεωφόρου καὶ εὐθυτενοῦς βαίνειν. Theodoret. Dial. I. εὐθεῖαν ὁδὸν ἀπολαβεῖν.

24 *Per syllogismos plectiles*] Primitus serta sive Coronæ nectebantur e floribus, gramine, silice, arundine, lana, lino, hedera, omnique adeo materia plectili, nexili, plicatili, tortili, flexili. Ergo quod plectebantur, plectiles dictæ: indeque omnia πλέγματα. Græcis sunt στέφανοι πλεκτοί, Æschylo ἄνθη πλεκτὰ, Homero πλεκτὴ ἀναδέσμη. Et coronæ, nempe florales, proprie dicebantur, Plecti. Ad exemplum harum coronarum dictæ sunt πλεκταὶ sive πλεκτάναι τῶν λόγων, qui Sophistis erat ἀοίδιμος συλλογισμὸς, continuus syllogismus. Hos Prudentius Græcorum imitatione vocavit syllogismos plectiles, nempe captiosum et fraudulentum genus concludendi. Paschal. Coron. I. 13.

25 *Strophis*] Στρόφιον, est ἡ γυναικεία ἀναδέσμη, muliebre cingulum. Eam vocem derivant a στρόφος, quæ est fascia. Hinc strophiæ, i. e. verborum captiunculæ. Tertull. lib. de spectac. 'Nec fabulæ, sed veritates; nec strophæ, sed simplicitates.' Eodem sensu Hieronymus vocat stro-

phas hæreticorum, i. e. captiosum ac tortuosum genus loquendi, atque adeo subdolum et fraudulentum. Plin. Ep. I. 18. 'Ego aliquam stropham inveniam, agamque causam tuam.' Paschal. Coron. I. 11.

Captiosis strophis] Philo περὶ ὀνείρ. Πάντας ὀρθὴν ἀτραπὸν εὐθύνοντας τοῦ βίου παλαίσμασι πολυτρόποις καὶ πολυμηχάνοις αὐχενίζοντες ἐκτραχηλίζειν καὶ καταῤῥάπτειν ὑποσκελίζοντες οἱ μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγειν μήτε φρονεῖν ἐγνωκότες.

27 *Nodos tenaces recta rumpit regula*] Justin. Mart. Ἐναργὴς τῆς ἀληθείας γνῶσις, μέρος πολύ που τῆς νίκης. Idem Epist. ad Zenam et Serenum: Πρακτέον δὲ πᾶν τὸ κατὰ πίστιν, ὀρθῷ κανόνι· πᾶς γὰρ ὁ μὲν τοιοῦτος, καὶ ἐπὶ τῶν σχοινίων ὥσπερ βαδίζων, ὅσον οὐδέπω καταπεσεῖται. Ibid. Πᾶς ὁ τὴν γνώμην κοσμικὸς, καὶ τοῦ ὀρθοῦ κανόνος ἔξω γινόμενος, αὐτοκατακριτός ἐστιν.

29 *Idcirco mundi stulta deligit Deus*] Tertull. de fuga in persecut.

33 *Lapis ecce nostro fixus offensaculo*] 1 Pet. II. 8. Cyprian. contra Judæos II. 15. Ambros. de fide IV. 3.

39 *Fax sola fidei est*] Τὸ ὅλον γὰρ πίστις, ἡ εἰς τὸν θεὸν, καὶ ἀγάπη περὶ τὸ ὁμόφυλον, ait Ignatius Ep. VII. Justin. Mart. in exposit. fidei: τὰς ἐν ἡμῖν ἐπαπορήσεις πίστις ἐπιλυέτω μόνη.

43 *Qui sparsa ad ipsum*] Lucæ VIII. 5. et 12. Matth. XIII. 25.

53 *Det ventilabro*] Matth. III. 12. Luc. III. 17. Nazianz. serm. εἰς τὰ ἅγια φῶτα, p. 236. Τί δὲ τὸ πτύον; ἡ κάθαρσις.

55 *Quæ messem necant*] Justin. Mart. quæst. et respons. I. et XXII. Cl. Alex. Strom. VII. p. 230.

Apoth. 3 *Ille patrem pellens solio detrudit*] De Patripassiana hæresi Cyprian. in Symb. Apost. exposit. Socrat. Eccles. Hist. II. 15. Augustin. tom. IV. VI. et IX. Isidor. orig. VIII. 5.

7 *Nec enim comprendier illa Majestas facilis, sensusve*] Supra περὶ στεφ. X. 312. Theodoret. lib. I. Therap. Νῷ γὰρ μόνῳ πελάζειν τοῖς νοητοῖς δυνατόν. Cl. Alex. VII. Strom. Homerum quoque dicit indicasse, οὐχ ἁλωτὸν εἶναι θνητῷ οὐδὲ καταλῆπτον τὸ θεῖον, οὔτε ποσὶν, οὔτε χερσὶν, οὔτε ὀφθαλμοῖς, οὐδ' ὅλως τῷ σώματι. Philo περὶ τῶν μετονομαζ. Μὴ μέν τοι νοήσεις τὸ ὄν, ὅπερ πρὸς ἀλήθειαν ὄν, ὑπ' ἀνθρώπου τινὸς καταλαμβάνεσθαι. ὁρᾷν γὰρ οὐδὲν ἐν ἑαυτοῖς ἔχομεν, ᾧ δυνησόμεθα ἐκεῖνο φαντασιασθῆναι, οὔτ' αἴσθησιν (αἰσθητὸν οὖν οὐκ ἦν) οὔτε ἰσχύν. Cyprian. prolog. serm. de Nativ. Christi. Theodoret. Dial. I. 6. Οὐ γὰρ τὴν θείαν οὐσίαν ὁρῶσι, τὴν ἀπερίγραπτον, τὴν ἀκατάληπτον, τὴν ἀπερινόητον, τὴν περιληπτικὴν τῶν ὅλων.

10 *Haud unquam Deum potuisse videri*] Joh. I. 18. et VI. 46. Sibylla apud Cl. Alex. Strom. V. p. 256. et ibid. Xenoph. sup. περὶ στεφ. X. 312. Chrysost. in Johan. Homil. XIV.

22 *Quisque hominum vidisse Deum memoratur*] Joh. XIV. Paulo ante vs. 5. et inferius vs. 121.

30 *Hospes homo in triplicem*] Gen. XVIII. Amb. lib. de Abraham Patriarch. I. 5. 'Deus illi apparuit, et tres aspexit. Cui Deus refulsit in Trinitate, non sine Filio Patrem suscipit, nec sine Spiritu Sancto Filium confitetur.'

31 *Hoc colluctantis tractarunt brachia Jacob*] Philo περὶ τῶν μετονομαζ. Ambros. de Jacob et vita beata II. 7. sup. Cathem. II. 73.

32 *Ipse dator legis*] Num. XI. 7. Justin. Mart. paræn. I. ad Græcos.

36 *Sed majora petens*] Sophocles vere: Ἀλλ' οὐ τὰ θεῖα, κρυπτόντων θεῶν, Μάθοις ἂν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν.

41 *Ut liceat te nunc Deus optime nosse*] Exod. XXXIII. Ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, γνωστῶς ἴδω σε. Clem. Alexand. Strom. V. p. 248. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Μωϋσῆς φησὶν, ἐμφάνισόν μοι σαυτὸν ἐναργέστατα· αἰνισσόμενος, μὴ εἶναι διδακτὸν πρὸς ἀνθρώπων μηδὲ ῥητὸν τὸν θεὸν, ἀλλ' ἡ μόνῃ τῇ παρ' αὐτοῦ δυνάμει γνωστόν· ἡ μὲν γὰρ ζήτησις ἀειδὴς καὶ ἀόρατος· ἡ χάρις δὲ τῆς γνώσεως παρ' αὐτοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ.

42 *Cernere Posteriora dabo*] Exod. XXXIII. Ὀψει τὰ ὀπίσω μου, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι. Nazianzen. Ἀλλ' ὅση (φύσις) τελευταία, καὶ εἰς ἡμᾶς φθάνουσα. ἡ δέ ἐστιν, ὅσα ἐμὲ γινώσκειν, ἡ ἐν τοῖς κτίσμασιν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προβεβλημένοις καὶ διοικουμένοις μεγαλειότης, ἢ (ὡς ὁ θεῖος Δαβὶδ ὀνομάζει) μεγαλοπρέπεια. ταῦτα γὰρ θεοῦ τὰ ὀπίσθια, ὅσα μετ' ἐκεῖνον ἐκείνου γνωρίσματα: ὥσπερ αἱ καθ' ὑδάτων ἡλίου σκιαὶ καὶ εἰκόνες ταῖς σαθραῖς ὄψεσι παραδεικνῦσαι τὸν ἥλιον, ἐπεὶ μὴ αὐτὸν προσβλέπειν οἷόν τε τῷ ἀκραιφνεῖ τοῦ φωτὸς νικῶντα τὴν αἴσθησιν. Damascenus serm. εἰς τὴν ὑπερένδοξον μεταμόρφωσιν χριστοῦ, 'per Dei posteriora intelligit Christi ἐνανθρώπησιν.' Philo lib. περὶ τῶν μετονομαζ. item περὶ τῶν φυγάδων. Divus Bernhard. super Cantica Serm. LXI. D. Hieronym. tom. II. p. 54. b. 'Posteriora filii Dei, incarnatio ejus accipitur: de qua posterioritate filius in monte Sinai ad Moysen per angelum loquens ait: Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non potes.'

56 *Flamma rubum*] Exod. III. Sedul. lib. I. 'Ignibus innocuis flagrans apparuit olim Non ardens ardere rubus, nec juncta calori Materies alimenta dabat, nec torrida vivens Sensit damna frutex; sed amici fomitis æstu Frondea blanditiæ lambebant robora flammæ.' Ambros. lib. de Isaac et Anima c. VIII. Basil. M. homilia in martyrem Mamantem p. 240. et περὶ τοῦ αὐτεξουσίου p. 610. Cl. Alexand. Pædagog. II. p. 79. sup. Cathem. V. 31. Philo lib. de Decalogo.

58 *In artus Spiniferos*] Nazianzen. in Baptisma, p. 249. Κἂν τὴν ψυχὴν ἐμολύνθημεν, εἴ τις δοκὸς ἐν ἡμῖν, εἴ τι κάρφος, ἀνακαθαίρωμεν. Lactant. VI. 15. Inf. in Symmach. 2. 1100.

83 *Ardua nam vis Est impassibilis*] Justin. Martyr de recta confess.

98 *Sine lege mariti*] Præter rerum seriem, ut veteres loquebantur. Inf. VS. 435. et 568. Lactant. IV. 12.

110 *Nil mobile et anceps Affirmasse decet*] Basil. M. Hexaëm. Homil. X. p. 47. Ἀργὸν δὲ ῥῆμα ἐν τῇ γραφῇ λέγειν, βλασφημία δεινή.

117 *Et numine præsens Semper adest*] Philo lib. II. allegor. legis: 'Ego jam ante constitui te. Deus enim creatura est antiquior, eritque ubique. An effugiat quispiam terram, aut aquam, aut cælum, vel mundum universum? In his enim contineatur necesse est. Nam extra mundum effugere nemo queat. Itaque in mundi partibus latere, vel in mundo ipso abscondi cum quis nequeat, an a Deo effugere poterit? Minime gentium.'

121 *Tanto tecum*] Johan. XII. 45. secundum Nonnum: Καὶ ἀνδρομέῃσιν ὀπωπαῖς Πᾶς ἐμὲ παπταίνων, καὶ ἐμὸν γενετῆρα δοκεύει. Et Joh. XIV. 9. Τηλίκον εἰμὶ Φίλιππε πολὺν χρόνον ἐνθάδε μίμνων Σύννομος ὑμείων, &c.

124 *Per quem valeat pater ipse videri*] Theodoret. dial. I. 6. Ἀόρατος μὲν ἡ θεία φύσις. ὁρατὴ δὲ σὰρξ, καὶ διὰ τῆς ὁρατῆς ἡ ἀόρατος ὤφθη. Ibid. c. 13. καὶ σάρκα γὰρ περιβεβλημένος ἐδείκνυ τὴν πατρῴαν εὐγένειαν, καὶ τῆς θεότητος τὰς ἀκτῖνας ἐξέπεμπε, Ambros. de fide I. 4.

129 *Fare age*] Virg. Æn. III. 'Fare age, namque omnem cursum mihi prospera dixit Religio.' Et VI. 'Fare age quid venias.'

133 *Additus unus Ecce vaporiferas*] Nazianz. in Cyprian. p. 110. Σώζει δὲ Ἀσσυρίους ἐν φλογὶ παῖδας, ἀγγέλῳ τὴν φλόγα καταψύξας, καὶ τοῖς τρισὶ παραζεύξας τὸν τέταρτον. Ambros. lib. de Isaac et anima c. VIII. Daniel. III. Alcimus lib. ad Sororem.

138 *Filius, haud dubium est, agit hæc*] Justin. Mart. quæst. et respon. III. Οὐ γὰρ νόμῳ καὶ μέτρῳ φύσεως ἐργάζεται ὁ θεὸς, ἀλλ' αὐθεντίᾳ βουλῆς τῆς ἐν μηδενὶ ἀπορουμένης πρὸς ποίησιν ὧν βούλεται ποιεῖν.

143 *Barbaricos sinus*] Daniel. III. 27. vocantur Sarabala: quæ vox est Tyria, ait Fabric. quam retinuit Prophetæ vetus interpres, et in transla-

tione Theophili Alexandrini D. Hieronymus. Possnmus autem interpretari Sarabalam, purpuram Domini, genus videlicet pilei aut vestis, quæ sit nobilitatis insigne. Sara enim, vel Sarra, Tyriis est purpura. unde Ostrum Sarranum Virgilio et Latinis. Bal vero Dominum significat; quod idem Tyrii mutatione literarum tennis et asperæ, etiam Bar dixerunt: ut magalia et magaria. Recentiores alii vertunt pallia, alii femoralia. Judicent de etymo et origine verbi peritiores. Nec, Tyrum dictam olim Sarram, e Gellio ignoramus. Hæc ille. vide supra *περὶ στεφ.* VI. 110. Rhodigin. XVI. 10.

155 *Semper in auxilium*] Justin. Martyr in Exposit. fidei de recta confess.

168 *Materies sed nostra tamen*] Justin. quæst. et respons. LXXXVIII.

173 *Nemo patrem novit, nisi filius*] Joh. I. et VII. Theodoret. dial. I. 6. Ambros. de Spiritu Sancto II. 12.

174 *Nostri mediator et omnipotentis*] 1 Timoth. II. 5. *Εἷς γὰρ θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς.*

178 *Cede Sabelli*] Augustin. tom. X. de verbis Domini secundum Johan. Serm. LVI. Basil. M. Homil. *κατὰ Σαβελλιανῶν καὶ Ἀρείου καὶ ἀνομοίων*, p. 235. Hilar. lib. IV. de Trinitate Epiphan. hæres. 62. Athanas. orat. I. contra Arrian. Theodoret. I. 8. Hist. Magd. cent. IV. c. 9. Osiand. cent. IV. lib. II. c. 7. et seqq. Isidor. orig. VIII. 5. Bergomens. lib. VIII. chron. p. 197. a.

180 *Nonne Patrem violas*] 1 Joh. II. 23. Chrysost. homil. de sigillis: *εἰς υἱὸν ἀσεβῶν, τὸν πατέρα βλασφημεῖ.* Et Homil. 'Pone manum tuam sub femur meum:' *τὰ μάλιστα κατὰ Χριστὸν τολμώμενα εἰς πατέρα ἀναφέρει ὕβριν.* Epiphan. in Ancorato: *μὴ ζήτει τὰ μὴ ζητούμενα, ἀλλὰ τίμα τὸν υἱὸν, ἵνα τὸν πατέρα τιμήσεις.* Nazianz. p. 192. Trinitatem margaritæ confert.

186 *Ecquis in idolio recubans*] Incubatio in templis usitata fuit, religionis causa; quod ex Plauto et Virgilio constat. Manet adhuc in Italia. nam memini, Patavii certa nocte in Divi Antonii adolescentes et puellas rusticanas incubare, eo cænobio, quo nullum ea urbe aliud frequentius. Fabric. D. Hieron. ad Eustoch. tom. 1. 'Nonne scandalizatur frater, si te viderit in idolio recumbentem?'

188 *Deum summum, et super omnia solum*] Justin. Mart. de Monarchia. Tertullian. apologet. c. XVII. Philo lib. de confusione lingnarum. M. Minuc. Octav. Cyprian. de Idolorum vanitate.

189 *Quamvis Saturnis*] Justin. apolog. II. Lactant. V. 10. Augustin. D. C. VII. 19.

189 *Junonibus et Cytheræis*] Arnob. lib. IV. adv. Gent.

191 *Attamen in cælum quoties suspexit*] Cic. de N. Deor. II. 'Quid enim potest esse tam apertum, tam perspicuum, cum cælum suspeximus, cælestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur?' Vide Lips. cent. II. ad Belg. Epist. 26. M. Minuc. Octav. p. 35. Isidor. Pelus. Epist. IV. 186.

195 *Caniformem Latrantemque Anubim*] Athanas. *Κυνοκέφαλος Ἄνουβις.* Apul. 'Attollens canis cervices arduas Anubis.' Arnob. lib. VI. 'Anubis canina facie.' Ovid. Met. IX. 691. 'Latrator Anubis,' Amor. II. 13. 'per Anubidos ora.' August. D. C. II. 4. Jul. Firm. Matern. de errore prof. relig. p. 5. M. Minuc. Octavio p. 47. Gyrald. hist. Deor. syntag. I. et syntag. IX. p. 297. Tertullian. apolog. XV. et VI.

197 *Cloacinæ*] Augustiu. D. C. IV. 23. Lactant. I. 20. Tertullian. lib. I. adv. Marcion. Gyrald. hist. Deor. syntag. I. p. 53. M. Minuc. Octav.

Eponæ] Gyrald. hist. Deor. synt. I. p. 44. Plut. in parallel. Apul. lib. III.

Turneb. adv. XXIV. 4. et XXVI. 10. Juven. Sat. VIII. ibique Scholiast. Tertull. apologet.

201 *Hircosus*] Ob barbitium, quod cum capris commune habebant, dicebantur Cynici hircosi. Et Hirquina barba olim pro convitio objecta. D. Hieron. ad Eustoch. tom. I. 'Viros fuge, quibus feminei crines, hircorum barba, nigrum pallium,' &c. Apul. lib. VI. 'Qui pallio, baculoque, et baxeis, et hircino barbitio philosophum fingeret.' Plaut. pseud. sc. Minus malum: 'Heus tu, qui cum hirquina astas barba; responde, quod rogo.' Bagoas apud Lucian. Eunucho: 'Si Philosophum oporteat metiri ex barba,' inquit, 'hircos primam laudem ablaturos.' Vide proverb. 'Barbæ tenus sapientes.' Præterea hircosi dicuntur, ob fætorem hircinum, quibus hirsutæ sunt alæ: inquit Scholiast. Juven. ad Sat. XIV.

Cynicus] Augustin. D. C. XIV. 20. Turneb. VII. 9.

205 *Gallinam soleant aut gallum*] Fest. Lactant. III. 20. Plato Phædone. Gyrald. hist. Deor. synt. VII. p. 246. et synt. XVII. p. 518. Cæl. Rhodigin. XVI. 12.

210 *Cujus ad arbitrium sphæra mobilis*] Plato in Timæo.

213 *Et erecto spectet cælestia vultu*] Cyprian. contra Demetrian. 'Rectum te Deus fecit; et, cum cætera animalia prona et ad terram situ vergente depressa sint, tibi sublimis status, et ad cælum atque ad Deum tuum vultus erectus est.' Basil. M. Hexaëm. Homil. XI. p. 53. Ἔπλασεν ὁ θεὸς ὀρθὸν, ἐξαίρετον ταύτην τοι τὴν διάπλασιν παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα ἔδωκε. διά τι; ἐπειδὴ ἐξαίρετόν σοι καὶ τὴν ἐνέργειαν ἀποδιδόναι ἔμελλε. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, βυσκήματά ἐστι, καὶ πρὸς ἃ πέφυκε, πρὸς ταῦτα ἔχει τὴν κατασκευήν. ἐγενήθη τὸ πρόβατον νέμεσθαι, κάτω ἔχει τὴν κεφαλὴν συννεύουσαν, τῇ γαστρὶ ἐνορᾷν, καὶ τοῖς ὑπὸ γαστέρα, ἐπειδὴ τέλος ἐκείνοις εὐδαιμονίας, ἡ γαστρὸς πλήρωσις καὶ ἀπόλαυσις. ἄνθρωπος δὲ οὐκέτι εἰς γαστέρα βλέπει, ἀλλ' εἰς τὰ ἄνω κεφαλὴ αὐτῷ ὑψηλὴ, ἵνα τὴν ἄνω βλέπῃ συγγένειαν. ὀφθαλμοὶ οὐκ εἰς τὴν γῆν νεύοντες. μὴ τοίνυν ποίει σεαυτὸν παρὰ φύσιν, μὴ τὰ γήϊνα περισκοπει, ἀλλὰ τὰ οὐράνια, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν, &c. Lactant. II. 1. 2. et Epitome divin. institut. c. 10. alibique Max. Tyr. orat. III. Basil. Seleuc. orat. I. Gregor. Nyssen. De hominis opificio, n. 8.

215 *Numæ*] Liv. l. I. Cic. de LL. Val. Max. I. 3. Lactant. I. 22. Augustin. de Civit. Dei III. 9.

233 *Ipsos quoque subvehat artus*] Basil. M. homil. εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν. p. 232. Διὰ τοῦτο Θεὸς ἐν σαρκὶ, ἐπειδὴ ἔδει τὴν καταραθεῖσαν σάρκα ταύτην ἁγιασθῆναι, τὴν ἀσθενήσασαν ἐνδυναμωθῆναι, τὴν ἀλλοτριωεῖσαν θεοῦ, ταύτην οἰκειωθῆναι αὐτῷ, τὴν ἐκπεσοῦσαν τοῦ παραδείσου, ταύτην εἰς οὐρανοὺς ἀναχθῆναι.

238 *Hæc est nostra fides*] Bernhard. in Meditat. 'Fides in Christiana anima fundamentum omnium virtutum.' Nazianz. in Julian. II. Μόνον τῶν ἁπάντων πίστις ἀνάλωτον. 'A fide devii perpetuæ cæcitatis tenebris implicantur,' teste Ambrosio Hexaëm. V. Greg. in Psal. IV. pœnitent. 'Justi vita fides est.' Clem. Alexand. pædag. I. p. 42. Μία καθολικὴ τῆς ἀνθρωπότητος σωτηρία, ἡ πίστις.

252 *Nil falsum, aut mendax*] Epiphan. in Ariomanitis: Οὐδὲν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ στραγγαλιῶδες, ἀλλὰ τὰ πάντα θαυμασίως εἰς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γέγραπται καὶ τετελείωται. Unde elegantissime Nazianzenus scribit, μαργαρίτην ἕνα εἶναι τὴν τριάδα, πανταχόθεν ὅμοιον καὶ ἴσον στίλβοντα, ὅτι ἄν τι πάθῃ τοῦ μαργαρίτου, ἡ πᾶσα τοῦ λίθου χάρις ἠφάνισται· οὕτως ὅταν ἀτιμάσῃς τὸν υἱὸν, ἵνα τιμήσεις τὸν πατέρα, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμὴν ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ υἱοῦ.

260 *Si fas est*] Prov. XXV. 27. 'Scrutator majestatis opprimetur a gloria.' Rom. XI. 33. Zehner. cent. I. adag. 61.

264 *Quum sit difficilis via, noscere principiorum*] Basil. Magn. p. 199. Ἀρχῆς οὐκ ἔστιν ἐξευρεῖν τὰ ἐπέκεινα. ἐὰν γὰρ φιλονεικήσῃς τῇ φαντασίᾳ τοῦ νοῦ παραδραμεῖν τὴν ἀρχὴν, εὑρήσεις αὐτὴν προτρέχουσάν σου καὶ προαπαντῶσαν τοῖς λογισμοις. vide ibid. antecedentia.

266 *Quo pacto Ediderit verbum*] Epiphan. in Anomæis hæret. Γέννησις τοῦ υἱοῦ ἀποκλείει πᾶσαν συλλογιστικὴν αἰτίαν, καὶ ὑπερβαίνει συνεξέτασιν καὶ πάντα λογισμὸν μάλιστα φθαρτῶν ἀνθρώπων. Basil. M. Homil. εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, p. 231. Χριστοῦ γέννησις, ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη, καὶ ἰδία αὐτοῦ τῆς θεότητος, σιωπῇ τιμάσθω. μᾶλλον δὲ καὶ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν μὴ ζητεῖν ἐκεῖνα μηδὲ πολυπραγμονεῖν ἐπιτάξωμεν. ὅπου γὰρ οὐ χρόνος, οὐκ αἰὼν ἐμεσίτευσεν, οὐ τρόπος ἐπινενόηται, οὐ θεατὴς παρῆν, οὐχ ὁ διηγούμενός ἐστι, πῶς φαντασθῇ ὁ νοῦς; πῶς δὲ ὑπηρετήσει ταῖς διανοίαις ἡ γλῶσσα, ἀλλὰ πατὴρ ἦν, καὶ υἱὸς ἐγεννήθη. μὴ εἴπῃς πότε, ἀλλὰ παράδραμε τὸ ἐπερώτημα. μὴ ἐπιζητήσῃς πῶς. ἀδύνατος γὰρ ἡ ἀπόκρισις. τὸ μὲν γὰρ πότε, χρονικόν. τὸ δὲ πῶς, ὄλισθον ἐμποιεῖ πρὸς τοὺς σωματικοὺς τῆς γεννήσεως τρόπους. Cyprian. exposit. Symboli. Ambros. lib. I. de fide ad Gratian. supra præfat. Psychom. vs. 60. Justin. Mart. contra Tryphon. Basil. M. p. 199.

278 *De lumine lumen*] Cyprian. exposit. Symb. Lactant. I. 29. Justin. Mart. exposit. fidei de recta confess. p. 298.

292 *De grege thurifero*] Justin. Mart. Epist. ad Diognetum.

293 *Devotus cippo*] Cyprian. adv. Demetrian. 'Quid te ad falsos Deos humilias et inclinas? quid ante inepta simulacra et figmenta terrena captivum corpus incurvas? quid te in lapsum mortis cum serpente, quem colis, sternis? Relinque idola, quæ humanus error invenit.'

298 *Nec sago clamore loquax*] Putaverunt antiqui, cornices pluviam voce augurantes, cam non tantum præsagire, sed etiam vocare: qua ex opinione scripsit Maro Georg. II. 'Tum cornix plena pluviam vocat improba voce.' Turneb. adv. XXII. 23. Horat. Carm. III. 17. 'augurem aquæ' eleganti admodum epitheto nominavit; quod ab Euphorione sumtum est, cujus ista citantur verba: ὑετόμαντις ὅτε κρώξειε κορώνη. Non dissimili modo Ovid. Amor. II. 6. dixit: 'Pluviæ graculus augur aquæ.' vide Muret. var. lect. XVI. 18.

305 *Dedit olli Ora Dei*] Basil. M. Hexaëm. Homil. XI.

307 *Atque Deo Deus adsistebat agenti*] Basil. ibid. Homil. X. p. 44. Ἔμαθες, ὅτι δύο πρόσωπα, ὁ λέγων καὶ πρὸς ὃν λόγος. διὰ τί οὐκ εἶπε, ποίησον, ἀλλὰ ποιήσωμεν ἄνθρωπον· ἵνα νοήσῃς τὴν δεσποτείαν, ἵνα μὴ τὸν πατέρα ἐπιγινώσκων, τὸν υἱὸν ἀγνοῇς, ἵνα εἰδῇς, ὅτι πατὴρ ἐποίησε διὰ υἱοῦ, καὶ υἱὸς ἐκτίσατο πατρῴῳ θελήματι, καὶ δοξάσῃς πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ, &c.

316 *A Domino Dominus*] Justin. Mart. contra Trypbon.

323 *Qui pereuntes Venerat ut servaret oves*] Matth. XV. 24. et X. 6. Isidor. Pelus. lib. I. Epist. 121. Ambros. lib. I. de Spiritu Sancto, prologo.

340 *Ecce tibi inserto revirescit nunc oleastro*] Rom. XI. 17. Isidor. Pelus. Epist. I. 72. Clem. Alexand. Strom. VI. p. 285. Tertull. l. II. adv. Marcion. 'Agnoscat hinc primum fructum optimum, utique arboris optimæ, Marcion: imperitissimus rusticus quidem in malam bonam inseruit: sed non valebit blasphemiæ surculus, arescet cum suo artifice.'

343 *Exultans alieno stipite jactat*] Statius II. Silv. epiced. in Glauciam: 'Vidi ego transertos alieno in robore ramos Altius ire suis.'

349 *Quis tandem cæditur agnus Aniculus*] Justin. Mart. contra Tryphon. Exod. XII. Isidor. Pelus. Ep. I. 219.

367 *Mox credidit*] Rom. IV. Heb.

XI. Ambros. de Abraham II. 8.

379 *Hebræus pangit stilus*] Cyprian. de Sina et Sion, p. 349. 'Pontius Pilatus infusa mente a Deo accepit tabulam et titulum, et scripsit tribus linguis, Hebraice, Græce, et Latine, JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM; et in capite ligni clavis tribus Tabulam cum nomine regis Judæorum confixit.' Vide Lips. de Cruce in not. II. 11.

386 *Quicquid in ære cavo*] Musicis instrumentis Dominum a Christianis laudandum esse, hic docet. Baron. annal. tom. I. p. 787.

391 *Christum concelebrat*] Hieron. ad Demetriad. 'Nihil aliud noverit lingua, nisi Christum.' Augustin. tract. IX. in Johann. 'Lege omnes libros Prophetico; non intellecto Christo, quid tam insipidum et fatuum invenias?'

395 *Blandus in ore sapor*] Bernhard. in Meditat. 'Sit tibi itaque Jesus semper in corde, et nunquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi sit cibus et potus, dulcedo et consolatio tua, mel tuum et desiderium tuum, lectio tua et meditatio tua, oratio et contemplatio tua, vita, mors et resurrectio tua.'

402 *Torquetur Apollo*] Exorcismi quandam hic formam habes; ait Baron. Annal. tom. I. p. 558. Cyprian. contra Demetrian. 'O si audire eos velles et videre, quando a nobis adjurantur et torquentur spiritualibus flagris et verborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur, quando ejulantes et gementes voce humana et potestate divina flagella et verbera sentientes, venturum judicium confitentur.' Idem Epist. II. 2. Lactant. II. 16. et V. 22. M. Minuc. Octav. p. 63. 'Quoties a nobis et tormentis verborum, et orationis incendiis de corporibus exiguntur.'

424 *Audiit adventum Domini*] Psalm. XIX. Εἰς πᾶσαν γὰρ γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Justin. Mart. contra Tryphon.

438 *Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra*] M. Varro Mysteriis: 'Prisca horrida silent oracula, crepera in nemoribus.' Ad quem locum Ausonius Popma, ingenii vir elegantissimi: Cicero etiam suis temporibus ubique defecisse testatur: et Celsus Epicureus nominatim Oraculum Delphicum, Clarium, Dodonæum. Cujus rei causam Plutarchus integro libro exquirit; sed non penetrat in mysterium illud Veritatis, quod Prudentius solus effatur his verbis. Plutarch. et Suidas in Αὔγουστος. vide Oros. VII. 9. Tacit. lib. XXI. Zonar. tom. VIII. Niceph. Cedren. Rhodigin. VIII. 16.

439 *Non tripodas cortina tegit*] Gifan. Ind. Lucret. p. 399. Summa est: Nato jam Christo, evanescebant falsa ethnicorum Oracula. Recte autem hic *tegit*. Nam operculum et integumentum æneum tripodis erat cortina: tripus erat ingens vas Delphis aureum, τρίπους Græc. dictum. hoc insternebatur lamina quadam aurea seu mensa, in qua Oracula fundens Pythia adsidebat. Hinc 'De tripode loqui.' Eam laminam Græci ὅλμον vocant, teste Polluce lib. X. Τὸ δ' ἐπίθημα τοῦ τρίποδος, κύκλον, καὶ ὅλμον δεῖ καλεῖν. ἐπεὶ καὶ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος τὸ ἐπίθημα, ᾧ ἐγκάθειται ὁ προφήτης, ὅλμος καλεῖται, ὡς τὰ μέσα τοῦ ἐμπύρου τρίποδος, γαστέρα καθ' Ὅμηρον. Holmus ille apud Prudentium videtur mihi appellari Cortina; ut et æreas tripodum cortinas nomine Delphicas commemorat Plin. XXXIV. 3. Adyto autem aperto reddebantur Oracula. Hinc Pompeiana epitome Paulus: 'Aperta dicebatur Apollo, quia patente cortina responsa ab eo darentur.' ubi Paulus cortinam pro ipso adyto seu caverna accipit, quod etiam Servius fecit Æn. III. non recte, uti puto: repugnant enim tum loca ea superiora, tum ipse Virg. e

lib. III. locus, ubi hoc monuit Servius: qui locus mirifice ex superioribus illustratur. Versus sunt: 'Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repente, Liminaque, laurusque Dei, totusque moveri Mons circum, et mugire adytis cortina reclusis. Summissi petimus terram, et vox fertur ad aures.' Adyton intelligitur crypta illa, seu, ut ait Hesych. σπήλαιον, i. e. antrum, et locus subterraneus, ubi diximus tripodem collocatum fuisse. Varro ut et Servius Maurus, a corde cortinam dictam volunt. coacta profecto notatio. Perottus *a corte* leg. putat contra omnes libros male, ne dicam inepte. Ait enim Varro cortinam cæli ab Ennio dictam ad similitudinem cortinæ Apollinis. hoc non intelligo. Ego cortinam cæli dictam puto, ut amictum cæli. Laurus etiam ibi non longe abfuisse videtur. Hinc Virg. in versib. superioribus: 'Liminaque laurusque Dei.' Et Lucret. 'Pythia quæ tripode ex Phœbi lauroque profatur.' Scio adyta etiam remotiora templi esse, ut cortinam etiam vas ingens, quod ipsum tripus appellatur; atque ita accepisse videri potest Virg. superiori loco, cum ait, 'Cortinam mugire,' et cum Propert. ait 'Cortinam Sibyllæ dicere.' Etsi de mensa ipsa seu holmo ea etiam accipi possint non incommode, &c.

443 *Libycis in Syrtibus Ammon*] Jupiter Ammonius sub forma arietis in Libya colebatur. Phæstus Macedonicis: 'Juppiter hæc Ammon audi Cornute Lybumque Vates.' M. Minuc. Octav. 'Jupiter vester, cum Hammon dicitur, habet cornua.' Athanas. παρὰ Λίβυσι κριοκέφαλος Ἄμμων, Arnob. l. VI. 'Itaque Hammon cum cornibus jam formatur et fingitur arietinis.' Aristoph. Avibus: Κοὐδ' εἰς Δελφοὺς οὐδ' εἰς Ἄμμων' ἐλθόντες, ἐκεῖ θύσομεν. Ibi Scholiast. ἔνθα μαντεῖά εἰσιν. ἐν μὲν Δελφοῖς τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐν δὲ Λίβυσι τὰ τοῦ Ἄμμωνος. Propert. IV. 1. 'Hoc neque arenosum Libyci Jovis explicat antrum.' Ovid. de Arte III. 789. et Met. XV. 309. 'Corniger Ammon.' In Ibyn vs. 300. 'Corniger Jupiter.' Lucan. lib. III. Plin. XXXVII. 10. Inf. in Symmach. II. 420. Hygin. fab. CXXXIII. et CCLXXV.

454 *Perfidus ille Deo*] Julianus Imp. eruditione summis Philosophis, felicitate maximis ducibus comparatus fuit: bono Reip. natus dicebatur. A Sophistis circumventus, et factus apostata, Christianos mirum in modum vexavit. a cæde autem abstinens, alios exilio, penuria, et infamia punivit: plurimos blanditiis et muneribus avertit; non paucos metu minisque terruit. Christianorum scholas clausit: Sophistarum, Philosophorum, æruscatorum aperuit: templa dicata Christo demolitus est; Judaica et Ethnica extruxit et ornavit. Aliquando sacrificans, litare non potuit: quæsita causa, satelles Christianus inventus est: quo deprehenso e templo terrore aufugit. Id se puero accidisse, narrat Prudent. Apoth. Interficitur 6. Cal. Julii in Perside, a milite transfuga. Fabric.

458 *Gypso*] Arnob. adv. Gent. VI. p. 196.

459 *Pollucis equum*] Inf. in Symmach. I. 229. Alcman apud Scholiast. Pindari: Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης κυδνὸς, πώλων ταχέων δμητῆρες, ἱππόται σοφοί. Pindar. Olymp. III. εὐίππους appellat: et Pyth. I. λευκοπώλους Τυνδαρίδας, ὧν κλέος ἄνθησεν αἰχμᾶς. Pollucem autem cæstibus et pugillatu fuisse clarum, Castorem re equestri, multi prodidere memoriæ. Horat. 'Castor equo gaudens, ovo prognatus eodem Cæstibus.' Homer. Odyss. XI. 299. Κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πύξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Arnob. 'Tyndaridæ Castores, unus equos domitare consuetus, alter pugilator bonus.' Ab antiquis enim dicti sunt Castores. Turneb. adv. XV. 21.

Castoris autem equus nuncupabatur Cyllarus, *παρὰ τὸ κέλλειν, ὅτι ταχὺς*, ait Suidas. Et subjungit, quod Stesichorus dicat, *τὸν Ἑρμῆν δεδωκέναι τοῖς διοσκούροις φλόγεον καὶ ἅρπαγον, ὠκέας, τέκνον ποδάργας καὶ κύλλαρον.* Virg. Georg. III. 89. 'Talis Amiclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.' Sencca Hippol. 'Si dorso libeat cornipedis velii Frenis Castorea mobilior manu Spartanum poteris flecterc Cyllarum.' Claudian. de IV. Consul. Honorii: 'Serviretque tuis contemto Castore frenis Cyllarus.'

460 *Forte litans Hecaten*] Inf. in Symmach. l. I.

463 *Cupressus*] Vide Cæl. Rhodigin. antiq. lect. XXIV. 2. H. Junium animadvers. I. 20. Joh. Kirchman. de funerib. Roman. III. 1. Festum in 'Cupressi.' Jac. Pont. progymnas. vol. III. parte 2. p. 860.

465 *Vittatus de more senex*] Manifestum est, vittatum sacerdotem dici eum, qui et infulatus simul et vittatus esset. Paschal. Coron. IV. 13. et 22.

Vittatus] Sup. *περὶ στεφ.* VI. 1013.

472 *Spumantia cymbia lacte*] Virgilianum est Æn. III. 66. Ubi consule Servium.

483 *Flamen et ipse suas*] Alibi hic ipse Poëta hos Flamines, quos vocat 'Deum ministros,' facit laurigeros, 'Laurigerosque Deum templis adstare ministros.' Amphiaraus quidem in imaginibus pingitur fugiens cum coronis et lauro, insigniis sacerdotalibus. Paschal. Coron. IV. 13.

487 *Lotus procul absit et unctus*] Loti et Uncti dicebantur Christiani per contumeliam, propter baptismum et Catechumenos, qui oleo tingebantur. Unde exclamatio usitata fuit, Juliani Imp. orta temporibus, qua in templis per præconem utebantur: LOTUS PROCUL ABSIT ET UNCTUS. quales illæ apud Græcos, *ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός.* item: *ἑκὰς ἔστε βέβηλοι.* Christiano autem aliquo præsente, Ethnici litare in sacrificiis non potuerunt: ut modo dictum ex Lactantio. Fabric. Adi Baron. Annal. lib. I. fol. 332.

491 *Posito diademate*] Coronæ sacerdotales, quod essent aureæ, quandoque dictæ sunt diademata. Quin et ipsi Reges, quoties sacrificabant, regalibus insigniis erant conspicui. Prudentius hic. Et quandoque corona ponitur præ metu: sicut hic locus edocet. Carol. Paschal. Coron. IV. 13. et X. 11.

494 *Zoroastræos susurros*] Gilb. Cognat. adag. 1003. Leonhar. Lessius de Just. et Jur. II. 44. dubit. 1. August. de C. D. XXI. 14.

495 *Armiger e cuneo puerorum flavicomantum*] Flavicomantum puerorum cuneum vocat flavorum, i. c. Germanorum ministrorum et satellitum, corporisque Imper. custodum ac militum cohortem. Manil. IV. 706. 'Flava per ingentis surgit Germania partus.' De Germanis autem satellitibus omnes meminerunt, Tacit. Sueton. Lampridius, &c. Gifan. Ind. Lucret. p. 339. Confer Lips. ad Corn. Tacit. German. p. 85. et seq.

513 *Jacet illud nobile templum*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 74. *Ἡνίκα τὸν πολυθρύλλητον ἐκεῖνον ναὸν, καὶ τὴν περιβόητον, καὶ πολλοὺς πολέμους ἀναιμακτὶ νικήσασαν, τῶν Ἰουδαίων μητρόπολιν πῦρ Ῥωμαϊκὸν, διὰ τὸ τετολμῆσθαι ἐν αὐτῇ κατὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ ἀτόλμητα, ἔκλινε.* Vide ibid. Ep. 75.

517 *Quod fieri recipit, recipit quandoque perire*] Ambros. Hexaëm. I. 3. 'Quæ initium habent, et finem habent: et quibus finis datur, initium datum constat.' Lactant. VII. 11. 'Nam corpus, quia ipsum fragile est atque mortale, quæcunque opera molitur, æque caduca sunt. Nihil enim Tullius ait esse, quod sit manibus humanis laboratum, quod non aliquando ad interitum redigatur, vel injuria hominum, vel ipsa confectricc rerum omnium vetustate,' pro M. Marcello. Augustin. tom. IX. lib. de cognit. veræ vi-

tæ, c. VII. 'Omne, quod ex nihilo esse cœpit, in nihilum redigi poterit.' Max. Tyrius dissertat. XXVII. Τὸ φθειρόμενον πᾶν, ἢ διαλύεται, ἢ τήκεται, ἢ κόπτεται, ἢ ῥήγνυται, ἢ μεταβάλλει καὶ τρέπεται, &c. Arnob. lib. II. 'Quod habet introitum, et vitæ incipientis exordium, necessario sequitur, ut habere debeat et occasum.' Seneca Ep. X. 72. 'Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, extingui. Quicquid est, non erit; nec peribit, sed resolvetur. Nobis solvi perire est.' Et XIV. 92. 'Hoc unum scio, omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt: inter peritura vivimus.' Vide antecedentia, et Ovid. Met. XV. 420.

522 *Sublime columnis*] Virgil. Æn. VII. 170. 'Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.' vide Johan. II. 19. Matth. XXVI. 61. et XXVII. 40. Marci XIV. 58. Isidor. Pelusiot. Ep. IV. 217.

525 *Verbum caro factum est*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 166.

538 *Quid mereare, Titus docuit*] Arcus Titi de capta urbe erectus in foro Romano est, contiguus Ecclesiæ, quæ Mariæ Novæ cognominatur: monumentum omnibus hominibus in hunc diem de ira Dei loquens et testificans. De victoria Titi, ejusmodi inventa inscriptio est: IMP. TITO CÆSARI DIVI VESPASIANI F. PRINCIPI SVO S. P. Q. R. QVI PRÆCEPTIS PATRIS CONSILIISQVE ET AUSPICIIS GENTEM JVDÆORVM DOMVIT, ET VRBEM HIEROSOLYMAM OMNIBVS ANTE SE DVCIBVS, REGIBVS GENTIBVSQVE AVT FRVSTRA PETITAM, AVT OMNINO INTENTATAM, DELEVIT A SOLO. In eodem arcu Judæorum victorum insculptæ ad latera imagines sunt: intra arcum expressa arca fœderis, candelabrum, tabulæ legis, mensa cum panibus, et alia templi vasa religiosa. Fabric.

539 *Pompeianæ acies*] Florus III. 5. Joseph. lib. XIV.

541 *Exiliis vagus huc illuc*] Judæi ubique vagi et odio. Psal. LIX. Isidor. Pelus. Ep. IV. 74. Τότε δὴ καὶ αὐτοὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης αἰχμαλώτων τρόπον διεσπάρησαν. Idem III. 128. Αὐτοὶ ὥσπερ μαστιγίαι τινὲς καὶ δραπέται, ἄτιμοί τε καὶ ἀλῆται πανταχοῦ διεσπάρησαν. Et ibid. Epist. 394. Gregor. Nyssen. de opificio hominis, p. 238. Baron. Annal. tom. I. p. 897. M. Velserus, Vir Ampliss. Rer. Aug. Vind. lib. VI. p. 125.

554 *At cœlitus illum Adfirmant non esse Deum*] Hoc vero tam in proclivi est probare, quam imber, quando pluit; aut quam facile pirum vulpes comest. Vide Ambros. de fide I. 4. 5. et III. 6. 7. et IV. 4. item lib. de fide contra Arrianos.

558 *Omne opus egregium ingenii est aut roboris*] Vide Saresber. VIII. 2. Refer huc illud Pind. Nem. I. Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος, Βουλαῖσι δὲ φρὴν, &c.

561 *Cana senescunt Ingenia*] Contraire videtur Plutarchus περὶ παιδ. ἀγωγ. Μόνος ὁ νοῦς παλαιούμενος ἀνηβᾷ, καὶ ὁ χρόνος, τἄλλα πάντ' ἀφαιρῶν, τῷ γήρᾳ προστίθησι τὴν ἐπιστήμην. Cui astipulatur D. Hieronymus ad Nepotian. de vita cleric. 'Omnes,' inquiens, 'pene virtutes corporis mutantur in senibus; et crescente sola sapientia, decrescunt cæteræ virtutes.'

562 *Validos consumunt sæcla lacertos*] Testatum facit hoc et Plutarch. l. d. his verbis: Ἰσχὺς ζηλωτὸν μὲν, ἀλλὰ νόσῳ εὐάλωτον, καὶ γήρᾳ. Cujus in sententiam pedibus discedit apud Stob. serm. 268. Sophron: Τὸ γὰρ ἀπεχθόμενον γῆρας ἅμα μαραῖνον ταριχεύει. Et Diphilus in Phreate: πολιὸς τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος, ὦ ξένε, χαίρει μεταπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα. Ita Cratetis illud est: Ὁ γὰρ χρόνος μ' ἐκαμψε τέκτων οὐ σοφὸς, Ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα. Confer Ovid. Trist. IV. 7.

567 *Nec fœda voluptas*] Ferrandus

Diaconus in parænetico ad Reginum: 'Verbum caro factum est, postquam venit plenitudo temporis, mirabiliter et singulariter, sine morbo libidinis procreatus.' Hanc etiam rationem Patres afferunt, cur B. Mariæ τῆς ἀεὶ παρθένου αἱ ὠδῖνες fucrint ἀνώδυνοι, et siue dolore partus. vide clariss. Casaubon. ad epist. Gregor. Nysseni ad Eustath. &c. n. 121.

668 *Intactam thalami virtus divina puellam Sincero afflatu*] Basil. M. in sanctam Christi Nativitatem, p. 232. Καὶ τί τὸ ἐργαστήριον τῆς οἰκονομίας ταύτης; παρθένου ἁγίας σῶμα. τίνες δὲ ἀρχαὶ τῆς γεννήσεως; πνεῦμα ἅγιον καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάζουσα. vide ibid. plura. Cyprian. in exposit. Symb. Apostol. 'Huic, quem dudum de patre natum ineffabiliter didicisti, nunc a Sancto Spiritu templum fabricatum intra secreta uteri virginalis intellige. Et sicut in Sancti Spiritus sanctificatione nulla sentienda est fragilitas, ita et in partu virginis nulla est intelligenda corruptio. Novus enim huic seculo datus est partus: nec immerito: qui enim in cælis unicus filius est, consequenter et in terra unicus est, quia et unice nascitur. Nota sunt omnibus et in Evangeliis decantata de hoc scripta Prophetarum, quæ dicunt, quod virgo concipiet et pariet filium: sed et partus ipsius modum mirabilem Ezechiel Propheta ante formaverat, Mariam figuraliter Portam Domini nominans, per quam scil. Dominus ingressus est mundum. Dicit ergo hoc modo: Porta autem, quæ respicit ad Orientem, clausa erit, et non aperietur, et nemo transibit, et clausa erit. Quid tam evidens dici de consecratione virginitatis potuit? Clausa fuit in ea virginitatis porta, per ipsam introivit Dominus Deus Israël, et per ipsam processit, et in æternum porta virginis clausa, servata integritate, permansit. Igitur Spiritus Sanctus refertur Dominicæ carnis et templi ejus creator,' &c.

573 *Pubertas signala manet*] A nonnullis, ut jam dixi ex Cypriano, refertur huc illud Ezech. XLIV. 'Porta hæc clausa erit.' vide Ambros. Epist. x. 81. et lib. de institut. virginis, cap. 8. 9. Gruter. suspic. III. 9. Henric. Salmuth ad Panciroll. lib. II. p. 421. Augustin. de tempore Serm. CXXIII.

575 *Maris inscia mater*] Cyprian. l. d. et serm. de nativitate Christi. Lactant. IV. 12.

576 *Quid inane caput non-credule quassas*] Caput movere, derisionis vel subsannationis est gestus. Job. XVI. 4. et XLII. 11. Esai. XXXVII. 22. Matth. XXVII. 39. alibique. Justin. Mart. contra Tryphon. supra verba Psalmi XXII. 'Et moverunt caput:' Οἱ γὰρ θεωροῦντες αὐτὸν ἐσταυρωμένον, τὰς κεφαλὰς ἕκαστος ἐκίνουν, καὶ τὰ χείλη διέστρεφον, καὶ τοῖς μυξωτῆρσιν ἐν ἄλλοις διαρινοῦντες ἔλεγεν εἰρωνευόμενοι ταῦτα, ἃ καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν Ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται. Adi Gilb. Cognat. cent. XIII. adag. 1218.

589 *Utero puer interceptus anili*] Isidor. Pelus. Ep. I. 363. Augustin. tom. X. de Sanctis, Serm. XXII. et XXIII. Ambros. de fide IV. 4. Basil. Seleuc. Orat. XXXIV.

600 *Gaudia concipiunt lacrymas*] A gaudio non raro lacrymæ prorumpunt. Eurip. Helena vs. 659. ἐμὰ δὲ δάκρυα, χαρμονὰν Πλέον ἔχει χάριτος, ἢ λύπας. V. N. ad Terent. Heaut. II. 3. et Adelph. III. 4. Exemplum talium lacrymarum est apud Diodor. Sicul. et Orosium II. 17. Panegyr. Flaviens nomine dictus: 'Ibant per hæc ora lacrimæ nobis salutares, tibi gloriosæ; et nos invicem jam dolore discusso flebamus gaudio. Nam sicut agros diuturno ardore sitientes expetitus votis imber ubertat.' Vide Ambros. lib. de excessu fratris c. I.

604 *Emmanuelque meum*] Ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. πάλιν κἀκείνη ἡ προσηγορία τοῦ παντὸς μυστηρίου τὴν δήλωσιν ἔχει, ὅτι θεὸς ἐν ἀνθρώποις. ἐπειδὴ ἑρμηνεύεταί φησιν τὸ Ἐμμανουὴλ, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. Basil. M. in Christi Nativit. p. 233. Augustin. de

tempore Serm. XXVII. Lactant. IV. 12.

608 *Cujus cunas veneratus Eous*] Supra Cathem. 12. Basil. M. in Christi Nativit. p. 233. Cyprian. Serm. de Stella et Magis.

617 *Diriguit trepidans*] Chrysost. Homil. VI. in Matth.

631 *Myrrhæque, et turis, et auri*] Cyprian. l. d. et Basil. M. p. 234. Ἀκολουθοῦντες τῇ προφητείᾳ οἱ μάγοι, ὡς μὲν βασιλεῖ, τὸν χρυσόν, ὡς δὲ τεθνηξομένῳ, τὴν σμύρναν προσήνεγκαν, ὡς δὲ θεῷ, τὸν λίβανον. Augustin. de tempore, Serm. XXIX.

637 *Cælum habitat, terris intervenit*] Basil. ibid. Θεὸς ἐπὶ γῆς, θεὸς ἐν ἀνθρώποις. Ambros. l. III. de Virginib. 'Hodie quidem secundum hominem homo natus ex virgine, sed ante omnia generatus ex patre; qui matrem corpore, virtute referat patrem. Unigenitus in terris, unigenitus in cælo, Deus ex Deo, partus ex virgine.' Salvian. lib. VI. de gubernat. Dei: 'Propter hoc involvi se pannorum crepundiis voluit, qui cælum regebat in pannis.'

647 *Præsepia, pannos*] Nazianz. εἰς τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν p. 263. Τίνα δὲ ἦν τὰ τοῦ Χριστοῦ; παρθένος, γένησις, φάτνη, σπαργάνωσις, ἄγγελοι δοξάζοντες, ποιμένες προτρέχοντες, ἀστέρος δρόμος, μάγων προσκύνησις καὶ δωροφορία, Ἡρώδου παιδοφονία, φεύγων Ἰησοῦς εἰς Αἴγυπτον, ἐπανιὼν ἐξ Αἰγύπτου, &c.

652 *Æquora tendi*] Nazianz. in carm. de Filio vs. 72. Ὡς βροτὸς ὕπνον ἔδεκτο, καὶ ὡς θεὸς εὕνασε πόντον. Nazianzen. in Cyprian. p. 110. Χριστόν· ὃς ἐπὶ πνεύμασιν ἐπιτιμᾷ, καὶ πεζεύει πέλαγός.

667 *Qui spiritus olim Ore superfusus patrio volitabat*] Basil. M. Hexaëm. Homil. III. p. 8.

675 *Illevit cæcis oculos*] Sup. Cathem. IX. Ambros. Epist. IX. 75.

680 *Variis Siloa refundit Momentis latices*] Inf. in Enchiridio sive Diptycho vs. 163. Arator lib. I. Sedul. lib. III. Johann. V. et IX. vide quæ notat Nans. in Nonn. super Johan. c. V. et Fabric. in Siloa. Basil. Seleuc. orat. VI. Ambros. de Sacrament. II. 1.

705 *Totus quæ non capit orbis*] Johann. XXI. 25. et ibi Nans. in Nonnum. Isidor. Pelus. Epist. I. 259. et II. 99.

706 *Quinque in deserto panes*] Nonn. in cap. VI. Johan. Basil. Seleuc. orat. XXXVI. Πάλιν ἔρημος ἄρτους ἐπήγαζεν, καὶ χεῖρες δεσποτικαὶ πενίαν ἀποστολικὴν διωρθώσαντο. Vide ejusdem orat. XXXIII. in quinquies mille homines quinque panibus pastos. Arnob. lib. I. Augustin. tractatu in Johan. XXIV.

708 *Undique septum*] Virg. Æn. IX. 783. 'Et vestris o cives undique septus Aggeribus.'

716 *Et paucis crescente cibo per fragmina crustis*] Basil. Seleuc. l. d. Ὦ τῶν ὁρωμένων τότε πραγμάτων! ἄρτοι τοὺς ἄρτους ἀπέτικτον· καὶ τροφῶν αὐτοσχεδίων ἐκόμων αἱ τράπεζαι. ἄρτοι γεωργικῶν ἱδρώτων ἐλεύθεροι· οὐκ ἐκ σταχύων βλαστήσαντες, ἀλλ' ἐκ χειρῶν δεσποτικῶν ἐξανθήσαντες, &c.

718 *Bissenos cophinos*] Ἰσάριθμοι γὰρ τοῖς ἀποστόλοις οἱ κόφινοι, ἵνα ἕκαστος ἕνα βαστάζων ἔχῃ τὸν πόνον τοῦ θαύματος μάρτυρα. καὶ τριβόμενος ὦμος παιδεύει τοῦ γενομένου τὴν αἴσθησιν, καὶ φυλάττῃ τὴν μνήμην ὁ κόπος. Basil. Seleuc. ibid.

721 *Quis cumulare potest*] Διὰ τοῦτο νῦν ὁ δεσπότης πολυπλασιάζει παρὰ τὴν χρείαν, τὴν ἐξουσίαν προβαλλόμενος, καὶ παρέχων, πᾶσι μανθάνειν, τίς ὁ τὴν τροφὴν διδοὺς πάσῃ σαρκί. Ibid.

723 *Ex nihilo, nulla existente creavit Mundum materia*] Justin. Martyr in eversione Aristot. dogmat. Ambros. Hexaëm. I. c. I. et 2. Theodoret. Græcar. affect. l. IV.

742 *Procede sepulcro Lazare*] Basil. Seleuc. Orat. XXXVI. Λάζαρος τετραήμερος ἐκ τῶν τάφων ἐξέτρεχεν. ἠκολούθει γὰρ τῇ καλούσῃ φωνῇ. Vide ejusdem Orat. XL. et XLI. Nonn. c. XI. Johan. Ambros. de fide IV. 3. 'Imperantis utique vox ista est, non precantis,' &c

759 *Nec de corporeo nidorem sordida tabo Aura refert*] Basil. Seleuc. Orat.

XL. *Οὐ γὰρ ἂν ἐφάνη ἡ χάρις εὐθέως δοθεῖσα, εἰ μὴ καὶ δυσωδία προεχώρησε.*

778 *Finxerat hoc digitis*] Basil. M. Hexaëm. Homil. XI. *Ὑπὲρ πάντα ἡ ἀνθρώπου γένεσις. ἔλαβε κύριος ὁ θεὸς, καταξιοῖ ἰδίᾳ χειρὶ διαπλάσαι τὸ ἡμέτερον σῶμα. οὐ προσέταξεν ἀγγέλῳ. οὐχ ἡ γῆ αὐτομάτως, ὥσπερ τοὺς τέττιγας, ἡμᾶς ἐξέβρασε. οὐκ εἶπε τῷδε καὶ τῷδε ποιῆσαι λειτουργικαῖς δυνάμεσιν· ἀλλ' ἰδίᾳ χειρὶ φιλοτεχνεῖ γῆν ἔλαβεν. ὅταν πρὸς τὸ ληφθὲν ἀπίδῃς, τί ἐστιν ἄνθρωπος; ὅταν πρὸς τὸν πλάσαντα κατανοήσῃς, μέγα ἄνθρωπος. ὥστε καὶ τὸ μηδὲν διὰ τὴν ὕλην, καὶ μέγα διὰ τὴν τιμὴν,* &c. Inf. vs. 1024.

Animam sufflaverat ore] Infra vs. 1034. Basil. M. p. 86. *Ἐπειδὴ σύνθετος ὁ ἄνθρωπος ἔκ τε τοῦ γηΐνου πλάσματος, καὶ ἐκ τῆς ἐνοικούσης ψυχῆς τῷ σώματι. γῆ μὲν λέγεται τὸ ἐκ τῆς γῆς πεπλασμένον· κατοικῶν δὲ τὴν οἰκουμένην, ἡ τὴν ἐν σώματι διαγωγὴν λαχοῦσα ψυχὴ,* &c.

779 *Totum hominem Deus assumit*] *Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευστον*, ait Nazianz. Epist. II. ad Cledon. Vide Cyrill. in Johan. VII. 7.

783 *Anne fides capit, ut substantia*] Augustin. lib. de Animæ quantitate.

790 *Similisque creanti*] Ambros. lib. de dignitate humanæ conditionis c. II.

799 *Ædificare sui similem*] Ambros. Hexaëm. VI. 7. et 8. Basil. M. Hexaëm. Homil. X. et XI. Isidor. Pelus. Ep. III. 95. 112.

Non habet umbra, Quod corpus] Philo lib. *νόμ. ἀλληγορ. Ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ θεοῦ, ἀρχέτυπος ἄλλων ἐστί· πᾶν δὲ μίμημα ποθεῖ τοῦτο, οὗπέρ ἐστι μίμημα, καὶ μετ' ἐκείνου τάττεται.*

802 *Sæclis quod non consumitur ullis*] *Ἀθάνατος* est *καὶ ἄφθαρτος*. Lactant. III. 18. et 19. rursus VII. 8. 9. 11. 13. Item epit. divin. institut. c. X. Isidor. Pelus. IV. 10. Ep. 125. et 146.

696 *Nec tamen est virtus, ni deterìora refutans Emicet*] Sup. *περὶ στεφ.* II. 59. D. Ambros. de Cain et Abel II. 4. 'Cum renunciatur improbitati, statim adsciscitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis ingressum operatur; eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur,' &c. Vide Lactant. divin. institut. epitome c. 3.

705 *Lux comes est justi; comes est nox horrida iniqui*] Ambros. de Cain et Abel II. 9. 'Abscondit se autem, qui velare vult culpam, et tegere peccatum. Qui enim male agit, odit lucem, et amat tenebras suorum et latibula delictorum.' Saresber. III. 12.

'An eum putas in conscientia tua securum quiescere, cujus turpitudinem producere potes in lucem, et proferre in publicum? Certe omnis, qui malus est, odit lucem. Et opus omne artificis sui videtur habere imaginem. Meretricantium mulierum fucus, dum argui veretur a lumine, petit umbras, et timet, ne seipsis deformiores sint, si immediata luce videntium obtutibus pateant,' &c. Supra Cathem. II. et Ambros. de interpellat. L. 3.

710 *Transit propositum fas*] Basil. M. homil. Deum non esse mali causam. Ambros. lib. de paradiso. Gregor. de opificio hominis.

721 *Nunc inter vitæ dominum, mortisque magistrum*] Μεσσηγὺς βιότοιο δμῶς καὶ ὀλέθρου. Coint. Smyrn.

726 *Loth fugiens Sodomis*] Ambros. lib. de fuga seculi c. 9. Saresber. VII. 13. Cyprian. in Sodoma. Victorinus Massiliens. in Genesi lib. III. pæne sub finem. Erasm. adag. 'Remis velisque.' D. Hieron. tomo I. Ep. XXII. fol. 63.

728 *Sulphure cum jam nimboso*] Cyprian. in Sodoma: 'Tunc Loth ingreditur Segor, simul exoritur Sol, Ultimus ille quidem, in Sodomamque incendia fervens Infert: nam totos radios armaverat igni. Æmula subsequitur caligo, includere luce Cæptans, atque globos confuso intexere cælo. Fumantes coëunt nubes, novus irruit imber: Sulphura cum flammis flagrantibus æstuat æther: Exustus crepitat liquidis ardoribus æther.' Victor. Massiliens. l. d. De Sodomitico autem incendio vide Augustin. de C. D. X. S. et XVI. 30. et lib. XXI. cap. 5. Tacit. histor. lib. V. Strabon. lib. XVI. Oros. lib. I. cap. 5. Solin. lib. XXXVIII. Hegesipp. IV. 18. Joseph. de Bell. Jud. lib. IV. Tertullian. apologet. cap. 40. Philo lib. de confusione linguarum: et lib. II. de vita Mosis. Ambros. Hexaëm. V. 14.

731 *Angelus hanc hospes*] Ambros. de Abraham Patriarcha I. 5.

736 *Quæ mundi forma cremandi est*] Salvian. de gubernat. Dei lib. I. p. 28. Epist. Jud. vs. 7. D. Hieron. ad Marcellam tom. I. p. 57.

737 *Ore Post tergum verso*] Nazianzen. in carminib. Κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος, ὃς ἰθείην ὁδὸν ἔλκει· Οὐδὲ μεταστρέφεται Σοδόμων ἐπὶ τέφραν ἐρήμην, Ἣν διὰ μαργοσύνην ξείνῳ πυρὶ δηωθέντων. Φείγει δ' ἐσσυμένως ἐς ὄρος, πάτρης δὲ λέλησται· Μὴ μῦθος καὶ λᾶας ἀλὸς μετόπισθε λίπηται. Chrysost. in Epist. ad Roman. Homil. IV. p. 34. Augustin. t. X. p. 116. et seq. Alcim. Avit. II. 390. Ambros. lib. II. de virginitate p. 6. Zehner. cent. III. ad. 67.

743 *Solidata metallo Diriguit fragili*] Victor. Massiliens. lib. III. in Genes. 'Quin etiam Loth, heu! miserabilis uxor, Seu tanto stupefacta metu, seu stulta cupido Illa fuit, vetitum contra consurgere pactum Fæmineis innata animis, quæ denique cunque Causa fuit, Sodomam inspectans se pone ruentem, Confestim pœnas violata lege subivit, In statuam conversa salis, spoliataque luce. Sic animam infelix cum corpore perdidit omni, Ut nullum extaret forma remanente cadaver.' Philo lib. II. allegor. Legis. Et lib. de profugis. Item lib. de somniis. Irenæus adv. hæretic. V. 51. Tertullian. lib. IV. contra Marcion. Cyprian. in Sodoma. Ambros. lib. de fuga seculi cap. I. Clem. Alexand. protrept. p. 29. scribit, 'Lothi uxorem poëtis esse Nioben:' qua de Homer. Iliad. XXIV. Ovid. Met. VI. 165. Cic. III. Tusc. Agell. XX. 6. Pausan. in Attic. Auson. Epitaph. 27. Sophocl. Antigone et Electra vs. 149. Seneca Herc. Fur. vs. 389. Herc. Œt. vs. 184. Agamem. vs. 371. Hadr. Jun. cent. I. ad. 68. Niobes archetypum. vide rursus Clem. Alexand. Strom. II. p. 167. et Strom. VII. p. 321. Pari modo fingitur de Orpheo, cum ad Inferos descendisset, repetiturus Eurydicem suam; quod, cum respexisset, illa sit retractu. Fabulam vide apud Plat.

1. Sympos. Virg. Georg. IV. Ovid. in Met. Senecam Herc. Fur. vs. 568.

752 *Quantumque armenta saporum Attenuant saxum*] Cyprian. in Sodoma: 'Namque comes conjux, heu lethum, metaque legis, Fæmina non patiens, divina ad murmura cæli Audaces oculos nequicquam sola retorsit, Non habitura loqui, quod viderit. et simul illic In fragilem mutata salem, stetit ipsa sepulcrum, Ipsaque imago sibi, formam sine corpore servans. Durat adhuc etenim nuda statione sub æthram, Nec pluviis dilapsa situ, nec diruta ventis. Quin etiam si quis mutilaverit advena formam, Protinus ex sese suggestu vulnera complet. Dicitur et vivens alio jam corpore sexus Munificos solito depungere sanguine menses.'

777 *Dividit huc illuc rapiens*] Pindar. Pyth. X. Καὶ γὰρ ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως ἔκνιξε φρένας.

779 *Aspice Ruth gentis Moabitidis*] D. Hieron. tom. II. p. 73. a.

780 *Illa socrum Noëmin fido comitatur amore*] Hieron. tom. I. p. 38. b. 'Noëmi, quæ nobis sonat παρακεκλημένη: quam interpretari possumus consolatam; marito et liberis peregre mortuis, pudicitiam reportavit in patriam: et hoc sustentata viatico, nurum Moabitidem tenuit. Ut illud Esaiæ vaticinium compleretur: 'Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti, ad montem filiæ Sion.'' Ambros. lib. de viduis p. 18. b. Rursus D. Hicron. tom. IV. p. 141. b. de nominib. Hebraic. 'Booz in fortitudine. Noëmi, pulchra. Orpha, cervix ejus. Rutb, videns, vel festinans, sive deficiens.'

787 *Fulchra Booz meruit*] 'Ad declarandam Dei potentiam; quod ei facile sit, ad dignitatis culmen evehere, quoscumque voluerit:' ut inquit Bergomensis ad hanc historiam lib. IV. Chron. p. 71. a.

790 *Geminos fratres ad hiulcum Pervenisse simul bivium*] Hesiod. lib. I. ἔργ. καὶ ἡμερ. Virg. in litera Pythagoræ. Silius Italic. lib. I. Basil. M. p. 227. Max. Tyr. dissert. IV.

810 *Illiciunt altas fallentia grana*] Plaut. Asinar. 'Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum: Aves assuescunt. necesse est facere sumtum, qui quærit lucrum. Sæpe edunt: semel si sunt captæ, rem solvunt aucupi.' Ambros. lib. de Helia et jejunio c. 8. 'Per escam laqueus non cavetur: in esca hamus latet, et cibus deducit in foveam: cibus inducit in retia: cibus visco etiam aves illigat: cibus volantes deponit ad mortem.'

823 *Multas viscosus inescat Pastus*] Ambros. lib. de bono mortis cap. 5. 'Dum aurum petimus, strangulamur: dum argentum quærimus, in visco ejus hæremus: dum prædium invadimus, alligamur. Quin etiam mulieris decus dum tentat, astringit. Clavus est libido; clavus tristitia; clavus iracundia; clavi sunt omnes passiones, quæ velut veru quodam animam nostram penetrant, et infigunt corpori, visceribusque ejus annectunt.' Confer D. Bernard. in Meditat. c. 14. p. 1061.

840 *Regionibus in paradisi*] Vide Bernhard. Serm. III. Dominica Læt. Alcim. Avit. II. 30. et de festo rogat. sub finem.

863 *Flammarumque apices*] Alcim. Avit. III. 286.

871 *Fenestras*] Ambros. lib. de Noë et Arca, cap. 17.

884 *Pereunt sub nocte colores*] Non dispari schemate Ovid. de Arte I. 249. 'Nocte latent mendæ, vitioque ignoscitur omni; Horaque formosam quamlibet illa facit.'

908 *Ignem animæ*] Comment. Terent. Adelph. III. 2. p. 497.

IN PSYCHOMACHIAM.

Psychomachia] Justin. Martyr nominat θυμομαχίαν, Epist. ad Zenam et Serenum: τὸ τῆς θυμομαχίας εἶδος εἰς ἑαυτὸν καταντᾷν εἴωθεν.

PRÆF. 1 *Senex fidelis, prima credendi via est*] Genes. xv. 6. Roman. iv. 3. Jacobi ii. 21. et seq. Galat. iii. 6. Ibid. vs. 9. vocatur πιστός. Et vs. 7. οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ. Cyprian. ad Quirin. iii. 15. et Serm. iv. de mortalit. pag. 210.

2 *Beati seminis pater*] Gen. xvii. 18. et 21.

4 *Abraham parenti*] Philo περὶ τῶν μετονομαζ. f. 21. et seqq. et lib. περὶ Ἀβραάμ. et lib. De Gigantib. sub fineu. Tractat. adv. Judæos de Sina et Sion inter Cypriani opera f. 347.

5 *Pignus qui dicavit victimæ*] Gen. xxii. Macar. Homil. xxxvii. August. tom. x. de temp. Serm. 68. Isidor. Pelus. Ep. iv. 178. Basil. Seleuc. orat. vii. et viii. Chrysost. in 2 Cor. ii. Hom. iii. et 1 Cor. xv. Homil. xli. Cyprian. Ep. iv. 6. Tertul. l. de de patieutia. Ambr. l. de Cain et Abel c. 8. Philo l. 'Quod Deus sit immutabilis,' initio Joh. Saresber. ii. 26. 'Quod autem consilii et voluntatis Dei signum certius est, præceptione aut prohibitione divina? Annon recte videbitur velle, quod præcipit? Plane Patriarcham præcepit unigenituun promissionis filium immolare. Rectene Patriarcha mandanti acquievit? Recte quidem per omnia, eo quod mandatum voluntatis, quæ prima omnium causa est, et nunquam suo fraudatur effectu, certissimum indicium sit. Adeo quidem prima est, ut si quæratur de aliquo, cur ita sit, rectissime dicatur, quoniam ille sic volnit, qui omnia quæcunque voluit, fecit. Si vero, cur voluerit, inquiratur, inepta quæstio est; quoniam primæ causæ, voluntatis scilicet, quæritur causa, cujus nulla est omnino causa.'

7 *Quod dulce cordi, Deo libenter offerendum*] Cyprian. Serm. iv. de mortalit. 'Sic Abraham Deo placuit, qui, ut Deo placeret, nec amittere filium timuit, nec gerere parricidium recusavit. Qui filium non potes lege et sorte mortalitatis amittere, quid faceres, si filium jubereris occidere? Ad omnia te facere paratum timor Dei et fides debet. Sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis assidua membrorum et cruenta vexatio, sit de liberis, de uxore, de excedentibus charis funebris et tristis avulsio, non sint tibi offendicula ista, sed prælia: nec debilitent aut frangant Christiani fidem, sed potius ostendant in colluctatione virtutem,' &c. Lactant. divin. institut. epit. c. 2. 'Hoc sacrificium verum est, quod ex corde profertur: non quod manu, sed quod mente libatur. Hæc acceptabilis victima est, quam de seipso animus immolat.' Vide ibid. c. 9. et lib. vi. de vero cultu c. 25.

10 *Suumque suasor exemplum dedit*] Abraham pugnavit cum prophanis gentibus, captumque Lothum liberavit. Οὕτω ἡ πιστὴ ψυχὴ τὸ χάρισμα τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου λαμβάνειν καταξιοῦται, μετὰ πολλοῦ ἀγῶνος, καὶ ὑπομονῆς πολλῆς, καὶ μακροθυμίας, καὶ πειρασμῶν, καὶ δοκιμασιῶν, τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεως διὰ πασῶν θλίψεων δοκιμαζομένης. Macar. homil. ix. Καὶ οὕτως παραμένων καὶ ἐπικαλούμενος τὸν κύριον ἐν πίστει ἀδιστάκτῳ καὶ ὑπομονῇ πολλῇ, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν ἐνδεχόμενος, τυχεῖν ἐκεῖθεν τῆς ἔνδυθεν λυτρώσεως τῶν δεσμῶν, καὶ τριχῶν, καὶ φραγμῶν, καὶ σκότους πνευμάτων πονηρίας, ἅπερ εἰσὶν αἱ τῶν κρυπτῶν παθῶν ἐνέργειαι· οὗτος δὲ ὁ πόλεμος διὰ χάριτος καὶ δυνάμεως θεοῦ καταργεῖσθαι δύναται· δι' ἑαυτοῦ γάρ τις ῥύσασθαι ἑαυτὸν τῆς ἐναντιότητος, καὶ πλάνης τῶν λογισμῶν καὶ παθῶν ἀοράτων, καὶ μηχανῶν τοῦ πονηροῦ ἀδυνατεῖ, &c. Idem Homil. xxi. pag. 298.

11 *Prolem, matre virtute editam*] H. e. Animi tranquillitatem et lætitiam: qua qui potiuntur, de iis ait vates regius Psal. xxxv. 'Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos.' Ubi Hieronymus: 'Iuebriabuntur filii hominum, i. e. filii Christi, quia ipse filius

hominis est: et sancti filii hominum. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, a pinguedine gratiæ Spiritus Sancti. Domus tuæ, sanctæ Ecclesiæ. Vel inebriabuntur, ut, oblitis flagitiis, virtutibus copulentur. Ubertas domus tuæ, intellectus dogmatum Ecclesiasticorum: torrens voluptatis Dei, Spiritus Sanctus est; qui irrigat omnem animam spiritualibus fluentis, ut fructum exhibeat sanctitatis.' Vide Philon. lib. Quod deterior potiori insidietur.

13 *Quam strage multa*] 'Facilius cujuslibet arboris noxia latitudo ac proceritas exarescit, si antea radices ejus, quibus innititur, vel nudatæ fuerint vel succisæ. Et infestantes humores aquarum continuo siccabuntur, cum generator eorum fons ac profluentes venæ solerti industria fuerint obturatæ.' Vincent. Spec. xx. 53. 'Ita vitiorum peste profligata atque repulsa, virtus sua profert vexilla et pandit pomœria.' Igitur, ait ibid. Vincent. c. 56. 'Unusquisque vitium, quo maxime infestatur, exploraus, adversus illud arripiat principale certamen; indesinentes quoque orationem fletus ad Deum fundens. Impossibile est enim de qualibet passione triumphum quempiam promereri, priusquam intellexerit, industria vel labore proprio victoriam certaminis semet obtinere non posse, cum tamen, ut valeat emundari, necesse sit die noctuque eum in omni cura et sollicitudine permanere. Cumque se ab ea senserit absolutum, rursus latebras sui cordis perlustret, et excipiat sibi quam inter reliquas invenerit diriorem; atque adversus eam specialius omnia Spiritus arma commoveat: et ita semper validioribus superatis celerem de residuis habebit facilemque victoriam, quia et mens triumphorum processu redditur fortior; et infirmorum pugna succedens promptiorem ei faciet proventum præliorem.'

14 *Portenta cordis*] 'Plura sunt vitia, quam virtutes. Numerosior est enim carnalium passionum populus de septenario fomite vitiorum procedens. Fortior enim militat in membris nostris oblectatio carnalium passionum, quam studia spiritualium virtutum; quæ non nisi summa contritionum cordis et corporis acquiruntur. Atque ut jugiter teneantur, necesse est, eas semper illa, qua acquisitæ sunt, sedulitate atque industria custodiri. Ideo Salomon eleganter mentis incuriam domati comparavit, tectoque neglecto; per quod primo quidem veluti minutissima quædam penetrant ad animum stillicidia passionum. Quæ si velut parva et levia negligantur, corrumpunt tigna virtutum, et post hæc influunt imbre largissimo vitiorum.' Vincent. ibid. c. 56. et 68.

15 *Reges ceperant Loth*] Genes. xiv. Ambros. de Abraham. ii. 7.

22 *Armat trecentos*] P. Greg. Tholosan De Repub. ii. c. 3. n. 3.

26 *Quin ipse ferrum stringit*] Genes. d. l. Hegesip. v. 16.

43 *Melchisedech*] Genes. xiv. Psal. cix. Heb. vii. D. Ambros. Ep. x. 82. et 84. et lib. de Abraham i. 8. et ii. 8. Pelarg. in Gen. c. xiv. p. 271. Philo l. ii. legis allegoriar. Suidas, et alii.

45 *Mox et triformis*] Genes. xviii. Ambros. Ep. x. 82. et l. de fide resurrect. c. 23.

47 *Et jam vietam Sarra*] Philo περὶ τῶν μετονομαζ. fol. 24. Σάρα μετονομάζεται εἰς Σάῤῥαν. ἑρμηνεύεται Σάρα μὲν, ἀρχή μου· Σάῤῥα δὲ, ἄρχουσα. τὸ μὲν οὖν πρότερον, εἰδικῆς σύμβολον ἀρετῆς ἐστι· τὸ δὲ ὕστερον, γενικῆς. &c. vide ibid. f. 41. ubi Ἰσαὰκ exponitur ὁ συνώνυμος τῆς ἀρίστης τῶν εὐπαθειῶν χαρᾶς, γέλως, ὁ ἐνδιάθετος υἱὸς θεοῦ, τοῦ διδόντος αὐτὸν μήλιγμα καὶ εὐθυμίαν εἰρηνικωτάταις ψυχαῖς. Et fol. 1. ibid. Ἰσαὰκ εὐπαθειῶν ἀρίστη χαρά. Idem lib. περὶ τοῦ ἐξένηψε Νῶε extremo, pag.

190. Ὁ γὰρ Σὴμ (inquit) ὡσανεὶ ῥίζα καλοκἀγαθίας ὑποβέβληται, δένδρον δ' ἡμεροτοκοῦν ἐκ ταύτης ὁ σοφὸς Ἀβραὰμ ἀνέδραμεν, οὗ τὸ αὐτήκοον καὶ αὐτομαθὲς γένος Ἰσαὰκ ὁ κάρπος ἦν, ἀφ' οὗ πάλιν αἱ διὰ πόνων ἀρεταὶ κατασπείρονται, ὧν ἀθλητής ἐστιν, ὁ τὴν πρὸς πάθη πάλην γεγυμνασμένος Ἰακὼβ, ἀγγέλοις ἀλείπταις λόγοις χρώμενος· οὗτος τῶν δώδεκα κατάρχει φυλῶν, ἃς οἱ χρησμοὶ βασίλειον καὶ ἱεράτευμα θεοῦ φασιν εἶναι. D. Hæschel. in Notis ibid. fol. 212.

In alvo fertilis] Cyprian. lib. I. adv. Judæos p. 265. § 20. 'Quod Ecclesia, quæ prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex gentibus, quam quot synagoga antea habuisset, &c. Sic et Abrahæ, cum de ancilla natus esset prior filius, Sarra sterilis diu mansit, et sero in senecta de pollicitatione peperit filium Isaac, qui fuit typus Christi.' Ambros. de Abraham. I. 7.

52 *Vigilandum in armis pectorum fidelium*] Teste enim Prospero; 'Nunquam bella piis, nunquam certamina desunt: Et, quocum certet, mens pia semper habet.' Quod Reusnerus ὁ μακαρίτης ita vertit: Οὔποτε τοὺς ἀγαθοὺς ἀπολείπει μόχθος ἀγών τε, Αἰὲν ἀγωνιστὴν εὐσεβὲς ἦτορ ἔχει. Præclare equidem Bas. Seleuc. orat. VIII. in Joseph. Οὐ γὰρ τοσαῦται κινδύνων ἐπαναστάσεις πολιορκοῦσι τοὺς πλέοντας, ὡς αἱ τοῦ βίου περιστάσεις περιαντλοῦσι τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐμπορίαν ἀνύοντας. τίς γὰρ τῶν δικαίων τὸν τῇδε πλοῦν διὰ γαλήνης παρέπλευσε; Integram perlege Orat. vel, ut Isidor. Pelus. scribit Ep. I. 4. et IV. 195 Πέπεισο, στάδιον ἡμῖν τὰ παρόντα προκεῖσθαι ἀόρατον, ἐν ᾧ θηρίοις οὐκ αἰσθητοῖς, ἀλλὰ νοητοῖς πάθεσι προσπαλαίομεν, &c. A quib. non discordant, quæ extant lib. II. epist. 24. δῆλον μὲν γὰρ, ὅτι τῶν ἀγώνων καὶ τῶν ἄθλων στάδιόν ἐστιν ὁ παρὼν βίος· τῶν δὲ στεφάνων καὶ τῶν ἐπάθλων, ὁ μέλλων. Vide Epist. III. 60.

57 *Si quid trecenti*] Caspar Barthius, indefessi ingenii et lectionis plurimæ juvenis, acutissimum hoc ænigma l. I. Ablegm. Crit. c. 5. ita explicat. Pro *possint*, legendum ait, *prosint*. Trecenti autem aliud nihil nisi crucem Dominicam designant, illi inclusi literæ sive elemento Græcanico *tau*, quoi eum numerum exprimere Magistri linguæ dederunt. Jam sciendum est, quid prosint illi trecenti, h. e. crux Dominica, Gratiæ divinæ et æternæ salutis ostium, quam 'vexillum pietatis' vocat ad Asellam D. Hieronymus, quam 'lignum vitæ' eleganti carmine celebravit D. Cyprian. 'tropæum gloriæ' Venantius Fortunatus, quam 'omnium nostrorum salutem' noster Prudentius in Romano vocat. Porro solentes Christiani scriptores *tau* Græcum crucem suam nuncupare, et ab illa litera lignum sanctum censere consuevere. Tertul. lib. III. in Marcionem: 'Ipsa est enim litera Græcorum tau; nostra autem T species crucis.' D. Paulinus: 'Christus non multitudine nec virtute legionum, sed jamnunc in sacramento crucis, cujus figura per literam Græcam tau numero trecentorum exprimitur, adversarios principes debellavit.' Quo loco proculdubio Prudentium adspexit D. Paulinus. Et hoc quidem modo quid per 'trecentos' Aurelius Clemens velit significatum, liquidum est. Sequitur, ut, quid per 'bis novena' intelligendum, apparere faciamus. Notissimum est Θ literam mortiferum signum Prætoris, ut Martialis loquitur, esse; quia scil. inauspicatum mortis vocabulum θάνατος ab ea incipiat. Jam ne pueris quidem incognitum, idem elementum Græcis novenarium numerum exprimere. Per duo itaque theta, sive novenarios indices, duas mortes, et quidem eorum, qui cum tau suspenso Domino obierunt, circumloquitur Poëta. Sunt autem ii latrones comites meriti, immeritissimæ Christo Salvatori necis. Horum latronum nobis cognitio et considcratio magnopere

prodest; ut scil. peccaminum nostrorum identidem, et quidem crebro (sunt enim gemini) recordemur, et simul cum Christi passione gratiæ ministra merentia scelera æternas pœnas ob oculos habeamus. Ne ita facile intuitu supplicionum indulgeamus dehinc naturæ corruptæ vitia quasi manu facta, nostræ certe arbitrationis. Duorum vero consideratio eo etiam ducere potest, exindeque prodesse, quod duplicem mortem facinora incurrant, mortalem alteram, quam is latro obiit, qui conversus cum Domino paradisum eadem vespera ingressus est; alteram æternis cruciatibus trahendam, cujus vermis nunquam intermoriturus, cujus ignis unquam exstinguendus est; quam oppetiit nequissimus mortalium, qui sceleribus patratis pœnitentiæ de loco eo scurrilia et impia dicta adjecit, in ipso patibulo in seipsum crudelior, quam in hospites olim ferro liber fuerat. Hæc Barthius noster.

58 *Figura noverimus mystica*] Foliis Sibyllæ obscurius hoc est, et numeris Pythagoricis abstrusius, quod fere nemo est qui promat, et se Œdipum exhibeat; nisi Johan. Drusius lib. II. quæst. et Respons. cujus verba: 'Vir eruditus,' inquit, 'qui Prudentium Commentario recens illustravit, hic Œdipum aliquem desiderat. Nihil opus Œdipo; ego Davus, si ullum est, ænigma solvam, quod facile intellectu est, si sciamus Tau literam referre figuram Crucis. Nam eadem in numeris notat CCC. Isidorus de Etymologiis: Inter mysticas literas tertia est Tau, figuram demonstrans Dominicæ Crucis. Hieronymus in Commentariis Ezech. IX. 4. antiquis Hebræorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema litera Tau crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, et frequenti manus inscriptione signatur. Quod voles, magis clarescet ex glossa ordinaria; in qua Gen. XIV. loco, ubi hanc historiam sensu allegorico illustrat, ita legimus: Quisque pro anima sua contra spirituales nequitias bellum gerat, cum trecentis decem et octo vernaculis, i. e. cum auxilio sanctæ Crucis. Tau enim litera, quæ habet figuram Crucis, CCC. exprimit. Superest difficultas, quam affert numerus auctior, qua me nullus extrico; si hoc non est, quod suspicor; quia apud Hebræos Tau littera scribitur binis consonantibus, videlicet Th et V, quarum posterior valet sex, existimasse veteres, sicut in Tau ter iteratur centum, sic in Vau ter repeti debere sex. Est autem ternus numerus inter mysticos. Ita emergunt trecenti terque seni vernuli. Ceterum ut nolim hoc posterius pro certo affirmare; ita prius illud, nempe in mente habuisse Prudentium, cum hos versus scriberet, memoratam allegoriam, tam certum habeo, quam quod maxime.' Hactenus doctissimus Drusius. Johan. Heidfeld. in Sphinge Philosoph. c. 31.

60 *Parente*] Cyprian. in Symb. exposit. 'Quomodo sane Deus Pater genuerit filium, nolo discutias; ne te furiosus inseras in profundi hujus arcanum.' Vide ibid. plura, et serm. de nativit. Christi. Ambros. lib. I. de fide: 'Mihi impossibile est generationis scire secretum; mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed etiam Angelorum.' Egregia hanc in rem adfert Basil. M. homil. in sanctam Christi γέννησιν, p. 231. Apoth. vs. 5. et 334. Ephron. Presbyter in exposit. Symb. Athanas. 'Deus Pater Deum Filium genuit non voluntate neque necessitate, sed natura. Nec quæratur, Quomodo genitus sit; quod Angeli nesciunt, Prophetis est incognitum. Unde eximius Propheta Esaias dicit, Generationem ejus quis enarrabit? Ac si diceret; Angelorum nemo, Prophetarum nullus. Nec inenarrabilis et inæstimabilis

Dens a servulis suis discutiendus est, sed fideliter credendus, et puriter diligendus.

5 PSYCHOM. *Dissere Rex noster*] Sine Dei enim Numine, nihil est in homine. Pulcher est in hanc sententiam Luciani Senarius, Antholog. I. Θεοῦ μὲν ἔκτος οὔ τις εὐτυχεῖ βροτός. Nec male Eurip. in Supplic. Ἡ ῥετὴ δ' οὐδὲν φέρει Βροτοῖσιν, εἰ μὴ τὸν θεὸν χρῄζοντ' ἔχει. Et rectissime Nestor apud Homerum: Εὔχεσθαι. πάντες δὲ θεοῦ χατέουσ' ἄνθρωποι.

7 *Exoritur quoties turbatis sensibus intus seditio*] Præclare Πλατωνίζων Philo lib. περὶ ὀνείρων: Τοιοῦτος μὲν δὴ κύκλος εἵλεῖται περὶ τὴν πολύτρυπον ψυχὴν ἀϊδίου πολέμου. καθαιρεθέντος γὰρ ἑνὸς ἐχθροῦ, φύεται πάντως δυνατώτερος ἕτερος, ὕδρας τῆς πολυκεφάλου τὸν τρόπον. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνης φασὶν, ἀντὶ τῆς ἐκτμηθείσης κεφαλῆς ἀναβλαστάνειν ἄλλην· αἰνιττόμενοι τὸ πολύμορφον καὶ πολύγονον τῆς ἀθανάτου κακίας δυσάλωτον γένος. A cujus mente Chrysostomus longe non abit; dum inquit: Ὁ τῶν παθῶν ἡνίοχος οὐχ ἅπαξ καθυποτάξας ἐᾷ. ἀεὶ γὰρ ὁ πόλεμος οὗτος ἵσταται ἐφ' ὅσον ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Quod Cyprianus ita exsinuat Serm. I. de mortalitate fol. 207. 'Cæterum quid aliud in mundo, quam pugna adversus Diabolum quotidie geritur? quam adversus jacula ejus et tela conflictationibus assiduis dimicatur? Cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est,' &c. Confer D. Bernard. in lib. de ordine vitæ p. 1123.

9 *Pro libertate tuenda*] Libertas alioqui res inæstimabilis, § ult. qui et ex quib. caus. man. non po. l. CVI. Radulph. Forner. rer. quotidian. IV. 13. 'Omnesque profecto liberi lubentius sumus, quam servimus.' Plaut. Captiv. Unde concinne Guntherus VIII. 81. 'Sunt, quibus extrema pro libertate tuenda Dulce sit, intrepido mortem promittere voto, Esuriem, cælumque pati, bellique labores, Dummodo pro patriæ sint hæc toleranda salute.' Ita apud Mantuanum Homerum Æn. VIII. 'Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.' Nunquid ergo fœdum non erit, ταῖς τῶν παθῶν τρικυμίαις ἐκδιδόναι, ut Theodoret. loquitur, affectuum decumanis cedere fluctibus, vitiorum procellis abripi, et Licentiæ æstu absorberi? Affectuum, inquam, et vitiorum: ἅπερ εἰ τῆς ἐν ἡμῖν ῥώμης κρατήσουσιν, οὐ μέχρι τοῦ σώματος ἱστῶσι τὸν κίνδυνον, ἀλλ' αὐτῇ τῇ ψυχῇ τὸν θάνατον φέρουσιν. Isidor. Pelus. Ep. IV. 195.

10 *Furiis inter præcordia mixtis*] 'Animus, quia tenuis est et invisibilis, cum iis congreditur hostibus, qui videri tangique non possunt. Qui sunt autem hostes animi, nisi cupiditates, vitia, peccata? quæ si vicerit virtus ac fugaverit, immaculatus erit animus et purus.' Lactant. III. 12. 'Tres autem sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agunt; ira, cupiditas, libido. Propterea poëtæ tres Furias esse dixerunt, quæ mentes hominum exagitent; ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates,' &c. Idem VI. 21. Cæterum hodie septem tantum principalia numerantur Vitia. at Veteres octo. Cassian. in Biblioth. Photii pag. 266. D. Bernard. lib. de ordine Vitæ p. 1123. Theodulphus Aurelianens. epist. ad Clerum: 'Octo sunt principalia vitia, sine quibus vix ullus inveniri potest. est enim gastrimargia, h. e. ingluvies; secundo fornicatio; tertio accidia sive tristitia; quarto avaritia; quinto vana gloria; sexto invidia; septimo ira; octavo superbia.' Pluribus hoc ostendit Goldastus, ille Germaniæ carbunculus, ad Columban. p. 108.

11 *Nec enim Magnarum virtutum inopes*] Vide Cyprian. de exhortat. Martyrii, cap. 8.

21 *Dubia sub sorte duelli*] Senecæ hæc stabiliuntur calculo, Thebaide, vs. 629. 'Fortuna belli semper anci-

pitl in loco est.' Et Virg. Georg. II. 'Dubius Mars errat in armis.' Et Æschyli in ἕπτα θήβ. Ἔργον δ' ἐν κύβοις ἄρης κρινεῖ. Notus est Homeri quoque versiculus Iliad. VI. Ξυνὸς ἐνυάλιος, καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα. Qui Ciceroni in oculis fuit, pro Milone: 'Incerti exitus pugnarum, et Mars communis: qui sæpe spoliantem jam et exultantem evertit et perculit ab abjecto.' Hegesippus ergo non immerito exclamat v. 30. 'O varia atque incerta, velut bellorum quædam alea! quæ sicut jactu quodam, ita casu potius, quam virtute, plerunque inopinatis ludit eventibus, sufficiens novos exitus. Namque et hic jactus sunt, non tesserarum quidem, sed sagittarum telorumque plurium, lapidum quoque, quibus sæpe victor sternitur alieno vulnere. Et dum aliena spolia rapit, ipse despoliatur,' &c. V. N. Pont. III. 6. vs. 31.

21 *Petit campum*] Virg. Georg. III. 'Purior electro campum petit amnis.

23 *Nuda humeros*] Ita depingitur Fidei habitus; sat graphice. Appellatur, 'Agresti turbida cultu,' forte, quia simplex et aperta: aut quæ vix fuerit e gentilium et paganorum erroribus ac sordibus eluctata. Nuda humeros; nec enim ei, ut Amori apud Theocritum, Idyll. XXI. νόος ἐμπεπύκασται, neque κεύθει νόῳ ἄλλο, ἄλλο δὲ λαλεῖ ἢ προφέρει. Intonsa comas; quia e vestigio non deficit, labascit, intersecatur et avolat; sed suis usa progressionib. quotidie augetur. Exerta lacertos; quia promta ad operandum. ἐὰν γὰρ ἡ πίστις μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν. Jac. II. 17. Vide ib. vss. 14. 18. et seqq.

24 *Repentinus laudis calor nec telis meminit cingi*] Referes huc non inconcinne historiolam de Alberto Comite Tyrolensi, apud Gunther. VII. 687.

31 *Altior insurgens*] Virg. Æn. XI. 'Tum validam perque arma viro perque ossa securim, Altior insurgeus, oranti et multa precanti Congeminat.'

36 *Quam mille coactam Martyribus*] Cypr. de duplici martyrio: et de laude martyrii.

39 *Floribus*] I. e. Martyres remunerat eo genere honoris, qui summus est. Hi flores autem mystico sensu hic sunt gemmæ virtutum, inf. vs. 911. Carol. Paschal. Coron. II. 15.

41 *Fulget in armis*] Virg. Æn. VI. 837. 'Paribus quas fulgere cernis in armis.'

Speciosis in armis] Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια. P. Silentiarius. vide Cyprian. de singularitate clericor. p. 408.

42 *Succincta faces*] Vocat Furiam, vss. 10. et 46. ideo, quia igni armatæ istæ ac facibus ardentibus, Libidini easdem assignat. Sophocles: κύπρις ἐστὶ λύσσα μαινὰς, rabies furiosa.

54 *Semper prostrata jacebis*] Vox ea propria insultantis adversarii. Ita Achilles Lycaoni insultat jam interemto: Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλῆς Αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες. Sed hæc protrita. Exempla aliquam multa suggeret Homerus, Cointus Smyrn. alii.

60 *Assyrium postquam thalamum cervix Olopherni Cæsa*] Judith. c. 13. Saresberiensis VIII. 20. 'Sic Holofernes non virtute hostili, sed suis vitiis gladio mulieris occubuit; et qui viris formidabilis fuerat, luxuria, et ebrietate victus a fœmina interfectus est,' &c. Et paulo post: 'Ipsa vero, quæ luxuriari non venerat, fidei et fortitudinis suæ instrumento, usa est luxuria aliena. Et crudelitatem, quam semel sopivit blanditiis, in populi liberatione charitatis armis occidit. Percussit ergo Holofernem in cervicem et abscidit caput ejus, et tradidit illud ancillæ suæ, ut poneretur in peram reportandum in urbem, quæ salutem fuerat consecuta in manu fœminæ.' Isidor. Pelus. Epist. I. 87. August. tom. X. de tem-

pore Serm. CCXXVIII. CCXXIX. Ambros. offic. III. 13. et lib. de Helia et jejunio c. 9. et lib. de viduis p. 18. b. et seq. D. Hier. tom. I. ad Eustoch.

76 *Inde omnis jam diva caro est*] Athanas. apud Theodoret. Dialog. 2. contra Hæret. 'Quia λόγος assumsit carnem, ideo ἐθεοποιήθη ὁ ἄνθρωπος.'

81 *Sed miseros ad nobiliora trahente*] Basil. Seleuc. Orat. in prophet. Elisæum et Sunamitidem : Καὶ ἡ ζωὴ τὸ νεκρὸν ἐφόρεσεν ἔνδυμα, ἵνα εἰς τὴν ἰδίαν ἀφθαρσίαν μεταβάλῃ τὴν νέκρωσιν. κατελθούσης δὲ τῆς θεότητος εἰς τὸ σῶμα, ὅλα τὰ μέλη λοιπὸν ἡγιάζετο, καὶ πρὸς τὸν ἀμείνονα κατεβάλλετο χρῆσιν, &c. Vide Jobium apud Photium p. 306.

82 *Ille manet, quod semper erat ; quod non erat esse Incipiens*] Juxta illud : 'Sum, quod eram; nec eram, quod sum; nunc dicor utrumque.' Nazian. Orat. II. in S. lavac. 'Dei filius hominis filius et fieri et vocari sustinet; non immutans, quod erat; sed assumens, quod non erat.' Basil. Seleuc. Orat. in Moysem, in illud Phil. II. Ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, inquit: λαβὼν δι' ἡμῶν, οὐ γενόμενος καθ' ἡμᾶς. μεμένηκε γὰρ ὃ ἦν, λαβὼν ὃ οὐκ ἦν. Τοῦ εὐαγγελίου λέγοντος· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· δηλονότι, ὃ οὐκ ἦν ἐγένετο, μείνας ὅπερ ἦν. August. tom. X. de tempore Serm. v. 'Accedens ad nos per id, quod assumsit ex nostro ; et liberans nos per id, quod mansit in suo.' Vide ibid. Serm. XII. &c.

87 *Lutulenta libido*] Οὐ γὰρ τῶν προπυλαίων μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδύτων ἅπτεται ὁ μολυσμὸς, ut sic traham huc verba Isidori Pelus. Epist. IV. 122.

90 *Corpora commaculans*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 129.

Animas in tartara mergis] Nam blandientis libidinis virus occultum est, et arridentis nequitiæ facies quidem læta, sed calamitatis abstrusæ illecebrosa fallacia, instar cujusdam veneni, ubi in lethales succos dulcedine aspersa, calliditate falleudi, sapore medicato, poculum videtur esse, quod sumitur : ubi epota res est, pernicies hausta grassatur.' Recte ergo atque eleganter Philo lib. περὶ νόμων ἀλληγορ. ὄντως γὰρ οὐδὲν οὕτως θάνατον ψυχῇ ἐπάγει, ὡς ἀμετρία τῶν ἡδονῶν. Imo, ut Synesius scribit Epist. CXLVI. ἐγὼ μὲν οὐ δι' ἄλλο τι τὰς Σειρῆνας ὑπὸ τῶν ποιητῶν βλασφημεῖσθαι, ἢ ὅτι τῷ μελιχρῷ τῆς φωνῆς ἀπώλλυον, προσαγόμεναι τὸν πιστεύσαντα. ἤκουσα δὲ τοῦ τῶν σοφῶν καὶ ἀλληγοροῦντος τὸν μῦθον. Σειρῆνας γὰρ αὐτὰς αἰνίττεσθαι τὰς ἀπολαυστικὰς ἡδονὰς, αἳ τοὺς εἴξαντας καὶ καταγοητευθέντας αὐτῶν τῷ προσηνεῖ μετὰ μικρὸν ἀπολλύουσι. Vide eundem Epist. XXXII.

96 *Furtarum maxima*] Sup. vs. 78.

107 *Catholico in templo*] Solebant milites, confecto bello, quæ gesserant, aut hostibus abstulerant, arma ad Deos suspendere : contra Symmach. II. 61. Propert. l. II. 'Miles depositis annosus secubat armis, Et vetus in templo bellica parma vacat.' Homer. Iliad. VII. de Hectore, Ajacem interficere cupiente : Τεύχεα συλήσας οἴσω ποτὶ Ἴλιον ἱρὴν, Καὶ κρεμόω ποτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο. Æn. XI. cæso Mezentio spolia Marti Gradivo dicari facit in trophæo Virg. 'Mezenti ducis exuvias tibi magne trophæum Bellipotens.' Vide eundem VII. a vs. 177. usque ad vs. 190. Meurs. ad Lycoph. p. 257.

109 *Modesta*] Est enim innata quodammodo atque insita Fortunæ, quæ per aspera et calamitosa eluctatur, modestia. Nec aliam ob caussam bonis viris fortunam ejusmodi Deus plerumque immittit, nisi quia eorum modestiam hac quasi disciplina procurat. Vidit hoc Seneca, lib. Quare bonis viris: 'Cum videris bonos viros acceptosque Diis laborare, sudare, per arduum ascendere; malos autem lascivire et voluptatibus fluere; cogita, filiorum nos modestia delectari, vernularum licentia.' Belle proinde modestiam, seu morum

moderationem, quam μετριοπάθειαν appellat Plutarchus, ἔκγονον ἀνεξικακίας esse dixit lib. De amore fraterno. Prudentius ergo hic accommodate. Et Lucianus ingeniose libro Imaginum, quam sit Fortunæ redeunti necessaria modestia, designatum ait a poëtis, cum fingerent Dædalum in patriam e carcere revolantem summis fluctibus, alis remigasse, easque subinde aqua inspersisse, ne ardenti Sole diffluerent. P. Roverius Notis in Paneg. ad Franciæ regem, charact. II. p. 131.

Modesta gravi stabat Patientia vultu] Tertulliani verba et Picturam Patientiæ huc nisi traxero, injurius ero. Ait ille scriptor, Patrum antiquissimus, lib. de Patientia: 'Age jam si et effigiem, habitumque ejus comprehendamus. Vultus illi tranquillus et placidus, frons pura, nulla mœroris aut iræ rugositate contracta: remissa æque in lætum modum supercilia, oculis humilitate, non infelicitate dejectis. Os taciturnitatis honore signatum. Color, qualis securis et innoxiis. Motus frequens capitis in Diabolum, et minax risus. Cæterum amictus circum pectora candidus, et corpori impressus; ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet in throno spiritus mitissimi et mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est teneræ serenitatis, apertus et simplex, quem tertio vidit Helias. Nam ubi Deus, ibidem et alumna ejus, Patientia scilicet. Cum ergo Spiritus Dei descendit, individua Patientia comitatur cum,' &c.

112 *Defixa oculis et lenta*] D. Ignatius victoriam post plagas magnanimi tantum esse, ait apud D. Maximum, de Patientia: μεγάλου ἀθλητοῦ ἐστι, δέρεσθαι καὶ νικᾷν: 'Magnanimi est athletæ, cædi et vincere.' Unde intelligere est, quid causæ fuerit, quod hic Autor Patientiam reparatæ Fortunæ parentem effingit. Quemadmodum enim defixi oculi, ita et lentitudo, magnanimi signum est Aristoteli: qui homini εὐθύμῳ sic præcipit in Physiognom. ἔν τε ταῖς κινήσεσιν βραδὺς ἔστω καὶ ἀνειμένος; 'In motibus tardus esto et lentus.' P. Rover. ibid. p. 140.

113 *Ira tumens*] Seneca de Ira I. 4. et III. 4. Heider. in libello de cohibenda Ira, thesi 90. et 91. Graphice Ovid. de Arte III. 'Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ: Lumina Gorgoneo sævius angue micant.'

Spumanti fervida rictu] Basilius M. homil. ἐν Λακιζυῖς pag. 213. Ἡ γραφή σοι λέγει· οὐκ εὐσχήμων ἀνὴρ θυμώδης. πῶς ἀσχημονεῖ ὁ θυμώδης; ἀποτίθεται τὸ σχῆμα τὸ ἀνθρώπινον, θηρίου σχῆμα μεταλαμβάνει. ἐννόησον τὸν θυμούμενον. ἐπέζεσεν αὐτῷ ὁ θυμὸς, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑπηλλάγησαν. οὐκ εἰσὶν οἱ αὐτοὶ ὀφθαλμοί. πῦρ βλέπει, ἀνέδραμεν αὐτῷ τὸ αἷμα, περιέζεσε τὴν καρδίαν. ὑπερέδραμε τοὺς χιτῶνας τῶν ὀφθαλμῶν, ἐγένετο ὕφαιμος, ἐκχωρῶν τῷ πάθει. ἠλλοίωσεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων. ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον τοὺς ὀδόντας παραθήγοντα, ἐνθυμήθητι ὅτι συὶ ἔοικεν ὁ τοιοῦτος, τὸν ἔνδυθε θυμὸν διὰ τῆς τῶν ὀδόντων παρατρίψεως ὑπεκφαίνων. ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον ἀφρίζοντα, ἐὰν ἴδῃς ἄσημα φθεγγόμενον ἐν τῇ καρδίᾳ, ἐὰν ἴδῃς τὸν θυμούμενον πατρὸς μὲν ἐπιλανθανόμενον, παιδὸς δὲ ἀγνοοῦντα σῶμα, διὰ πάντων ἀφειδῶς χωροῦντα, ἵνα πληροφορήσῃ αὐτοῦ τὴν ὀργήν. βλέπεις τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ πράγματος. Vide ejusdem homiliam κατὰ ὀργιζομένων. p. 66. et seqq. Commentar. Terentian. ad Adelph. III. 2. Chrysost. in Matth. Homil. IV. XVI. XX. XXXIX. LII. et alibi.

114 *Sanguinea intorquens lumina*] Ob oculos habuit hunc locum Galterus Alexand. v. 222. 'Comes indivisa Furoris Præcipites fert Ira gradus, et fellea torquens Lumina, contemnit humiles Rationis habenas, Impatiensque moræ, levis et male cuncta ministrans Impetus.'

Sanguinea intorquens lumina] Ardor

oculorum, signum iræ primarium est. Plant. Menæch. 'Oculi scintillant.' Captiv. 'Ardent oculi.' Ovid. Met. III. 33. de Dracone: 'Igne micant oculi.' Et VIII. 284. 'Sanguine et igne micant oculi.' Virgil. 'Ardentes oculos suffecti sanguine et igne.' Lucr. III. 290. 'Quam fervescit, et ex oculis micat acribus ardor.' Cassiodorus igitur eleganter Var. VI. 9. 'Iracundus luminum fervore declaratur.' V. N. Trist. IV. 2. vs. 31. Hœschel. ad Horapoll. II. 101.

117 *Hirsutas quatiens cristas*] Quicquid hirsutum galeæ impositum erat, faciebat ad hostium terrorem. Videas passim in nummis veteribus, in capitibus exuvias caprarum, arietum, elephantorum, &c. Virg. Æn. VII. 'Fulvosque Lupi de pelle galeros Tegmen habet capiti.' Galeas autem ex diversorum animalium pellibus fuisse confectas, probat in Conjectaneis suis ad Varronem ingeniosissimus Joseph. Scaliger. Godschalc. Stewech. ad Veget. II. 16. Vide Lips. de Milit. Rom. Dial. III. 1. Casaubon. ad lib. I. Sueton. p. 22.

120 *Quia turpe tibi, genuisse dolorem*] Tertull. lib. de patientia.

121 *Sequitur contitia*] Salvian. lib. III. de gubernat. Dei: 'Prima semper irarum tela maledicta sunt, et, quicquid non possumus imhecilli, optamus irati: ac sic in omni animorum indignantium motu votis malis pro armis utimur.'

124 *Sed resilit duro loricæ excussa repulsu*] Seneca de Ira III. 5. 'Ut tela a duro resiliunt, cum dolore cædentis solida feriuntur; ita nulla magnum animum injuria ad sensum sui abducit, fragilior eo, quod petit. Quanto pulchrius, velut nulli penetrabilem telo, omnes injurias, contumeliasque respuere! Ultio, doloris confessio est,' &c.

134 *Lassaverat irrita dextram*] 'Habet enim ira non solidum robur, sed tantum tumorem, violentisque principiis utitur: non aliter, quam qui a terra venti surgunt, et fluminibus, paludibusque excepti, sine pertinacia vehementes sunt. Incipit magno impetu, deinde desinit ante tempus fatigata.' Seneca de Ira I. 16. 'Primi ejus ictus acres sunt, sicut serpentium venena a cubili repentium nocent: innoxii dentes sunt, cum illos frequens morsus exhausit.' Ibid.

135 *Cum ventosa levi*] Vide Senecam ibidem: 'Omnes quos vecors ira animus,' &c.

157 *Lex habet istud Nostra genus belli tolerando*] Josephus: Οὐδὲν οὕτω τὰς πληγὰς ἀναστέλλει, ὡς τὸ φέρειν. καὶ τὸ τῶν ἀδικουμένων ἡσύχιον, τοῖς ἀδικοῦσι γίνεται διατροπή: 'Nihil plagas tam reprimit, quam eas ferre: et injuriam-accipientium patientia quieta, injuriam-facientibus pudorem adfert.' Menander itaque, apud Stohæum, eum inquit optimum esse, qui plurimum ἀδικεῖσθαι possit sufferre. Quare Lacedæmonii, si quando vota facerent, hoc inprimis a Diis precari solebant, ut injurias perpeti et sustinere possent. Chrysost, venuste ac scite Homil. XXXIII. in 1 Corinth. XIII. Καὶ γὰρ ὅλον ἐστὶν ἄμαχον ἡ μακροθυμία, καὶ πῦργός τις ἀῤῥαγὴς, πάντα διακρουομένη ῥᾳδίως τὰ λυπηρά. καὶ καθάπερ εἰς ἄβυσσον σπινθὴρ ἐμπεσὼν, ἐκείνην μὲν οὐδὲν ἔβλαψεν, αὐτὸς δὲ ἐσβέσθη ῥᾳδίως· οὕτως εἰς μακρόθυμον ψυχὴν ὅπερ ἂν ἐμπέσῃ τῶν ἀδοκήτων, τοῦτο μὲν ἀφανίζεται ῥᾳδίως, ἐκείνην δὲ οὐ ταράττει. καὶ γὰρ πάντων στερρότερον μακροθυμία, &c. Et mox: Οὗτος δὲ ὥσπερ ἐν λιμένι καθήμενος βαθείας ἀπολαύει γαλήνης. κἂν ζημίᾳ περιβάλῃς, οὐκ ἐκίνησας τὴν πέτραν· κἂν ὕβριν ἐπαγάγῃς, οὐκ ἔσεισας τὸ πῦργον. κἂν πληγὰς προστρίψῃς τὸν ἀδάμαντα, &c.

160 *Ipsa sibi est hostis vesania*] 'Videndum est, quam multis ira per se nocuerit. Alii nimio fervore rupere venas, et sanguinem supra vires elatus clamor egessit, et luminum suffudit aciem, in oculos vehementius hu-

mor egestus, et in morbos ægri recidere. Nulla celerior ad insaniam via est. Multi itaque continuaverunt iræ furorem: nec, quam expulerant, mentem unquam receperunt. Ajacem in mortem egit furor, in furorem ira.' Sencca de Ira II. 36. Dominus Præcept. Heider. in lib. de ira.

161 *Moriturque suis ira ignea telis*] H. e. quod Aquila dicebat, *οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτοῦ πτεροῖς ἁλίσκεσθαι.* ' Hocque habet proprium furor, in se ipse sævit.' Seneca Herc. Fur. vs. 3009. cui succinit *λογιώτατος τοῦ Ὁμήρου μαθητὴς ὁ Θέογνις*: *Οὐδὲν Κύρν' ὀργῆς ἀδικώτερον, ἢ τὸν ἔχοντα Πημαίνει, θυμῷ δειλὰ χαριζομένη.* Nec dissentit Euripides, dum inquit: *Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ἄλεσεν βροτῶν Ἢ τ' ἀσυνεσία, δύω κακὼ τοῖς χρωμένοις.* Nimirum iræ, quod ventis, accidit; de quibus Seneca disertissimus nat. quæst. VII. 9. ' Nulla,' inquit, ' tempestas magna perdurat. Procellæ quanto plus habent virium, tanto minus temporis. Venti, cum ad summum venerunt, remittuntur omni violentia. Necesse est ista concitatione in exitium sui tendant.' Ita *βίᾳ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ.* Pindar. Pyth. VIII. Hercules ob nimiam bilem sacro morbo fuit obnoxius. P. Crinit. De Sylla dubitat Valer. Max. IX. 3. ' Ipsene prior, an iracundia Syllæ sit extincta. Cum enim irritatus esset a Granio, animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu convulso pectore, spiritum cruore ac minis mistum evomuit.' Bona igitur Isidori Pelusiotæ admonitio est Ep. I. 280. *χαλίνου τοίνυν θᾶττον τὸν θυμόν, μή σε κατακρημνῶν εἰς ὄλεθρον ὥσῃ*: ' Fac frenum igitur iracundiæ quam ocyssime injicias, ne in exitium te præcipitem agat.'

163 *Proximus Iob Hæserat invictæ*] Vide eleganter de Jobi patientia disserentem Tertull. lib. de patient. Et lib. de fuga in persecut. August. tom. X. de tempore, Serm. CCXXIV. CCXXV. alibique Cypr. Serm. III. de bono patientiæ. Chrys. in 2 Cor. I. Homil. 1. et 1 Cor. XV. Homil. XLI. Item in Matt. homil. XXXIV. p. 330. et 331. et Homil. XXV. p. 251. et Homil. XIII. p. 123.

167 *Sudata recensens Millia pugnarum*] Verissime enim Eurip. Œneo: *Τῷ δυστυχοῦντί πως Τερπνὸν, τὸ λέξαι καὶ ποκλαύσασθαι πάλιν.* Quo respiciunt quoque isthæc Isidori Pelus. Epist. IV. 110. *Οἱ μὲν γὰρ βοῶντες καὶ πρὸς τοὺς πέλας τὸ πάθος ἐκφέροντες οὐ μικρὰν λαμβάνουσι τοῦ πάθους παραμύθειαν. κουφίζεται γὰρ τρόπον τινὰ τῇ διηγήσει τὰ πάθη.* Vide Saresber. VIII. 10. pag. 495.

169 *Illum Diva jubet tandem requiescere*] Jacob. V. ' Contrariis rebus plerumque medicina succedit. Nam dum calor vitalis adhibitus fuerit, frigus pestiferum tunc recedit. Nubila ipsa ventorum spiratione terguntur, et Aquilo faciem cæli tranquillam reddit, quam australis aura turbaverit:' ut Cassiod. Var. Epist. VIII. 20. scriptum venuste reliquit. Et merito quis exosculetur vocem Hegesippi III. 24. ' Virtus vero patiens et secundis valescit, nec usque ad finem labitur in adversis.' Excipiatque nervo brachiali dictum Horat. Carm. II. 10. ' Informes hyemes reducit Juppiter; idem Summovet. non, si male nunc, et olim Sic erit.' Et quotus-est-quisque, qui rerum omnium esse vicissitudinem ignoret? V. N. Trist. II. 35. et ad Theocrit. Idyll. IV. 41.

170 *Et perdita quæ sunt, Multiplicare opibus*] Prudentius hic non modo virtutes ceteras firmare, Patientiæ ait esse, vs. 177. sed fortunas quoque ejus ope restitutas in posterum constituere et constabilire. Sic enim de sancto Job patientiæ commilitone: ' Illum Diva jubet,' &c. Ita videlicet, qui cetera conterit, malleus æs durat; quæ ligna corrumpit aqua, quercum firmat: ita Sole gelu liquitur, Sal concrescit. ' Multum sibi adjicit,' inquit Latinus Philosophus

Epist. XIII. 'Virtus lacessita.' Multum et Fortuna, quæ firmior in posternm robustiorque efficitur. Præclare Tertullianus ad Martyres: 'Epistates vester Christus Jesus, qui vos spiritu unxit, et ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem a liberiore conditione seponere, ut vires corroborarentur in vobis: nempe enim et athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori ædificando vacent.' Ita fortunæ aliquando auferuntur, ut constantius reponantur. Ferrum, quo sæpius cauduit, durius est: nec radices altas agit seges, nisi quam nix alta oppressit. P. Roverius Not. in Panegyr. pag. 145. quem vide et p. 151. et seqq.

174 *Omnibus una comes virtutibus associatur*] Rotunde hæc Cypriauus dilucidat et perspicue lib. sæpius nominato: 'Late patet patientiæ virtus, et ubertas ejus ac largitas de unius quidem nominis fonte proficiscitur, sed exundantibus venis per multa gloriarum itinera diffunditur, nec proficere aliquid in actibus nostris potest ad consummandam laudem, nisi inde consummationis accipiat firmitatem. Patientia est, quæ nos Deo et commendat et servat: ipsa est, quæ iram temperat, tumoris violentiam comprimit, incendium simultatis extinguit, coërcet potentiam divitum, inopiam pauperum refovet: tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in conjunctis et maritatis individuam charitatem: facit humiles in prosperis, in adversis fortes, contra injurias et contumelias mites, docet delinquentibus cito ignoscere; si ipse delinquas, diu et multum rogare: tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones et martyria consummat. Ipsa est, quæ fidei nostræ fundamenta firmiter ponit; ipsa est, quæ incrementa spei sublimiter provehit; ipsa actum dirigit, ut tenere possimus viam Christi, dum per ejus tolerantiam gradimur: ipsa efficit, ut perseveremus filii Dei, dum patientiam patris imitamur,' &c. Dabo his succedanea Tertulliani verba, lib. de Patient. 'Adeo satis idoneus patientiæ sequester Deus. Si injuriam deposueris penes eum, ultor est. Si damnum, restitutor est. Si dolorem, medicus est. Si mortem, resuscitator est. Quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem!' Nec immerito enim. Omnia enim placita ejus tuetur: omnibus mandatis ejus intervenit. Fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, pœnitentiam expectat, exhomologesin assignat, carnem regit, spiritum servat, linguam frenat, manum continet, tentationes inculcat, scandala pellit, martyria consummat: pauperem consolatur, divitem temperat, infirmum non extendit, valentem non consumit, fidelem delectat, gentilem invitat, servum Domino, Dominum Deo commendat, fœminam exornat, virum approbat; amatur in puero, laudatur in juvene, suspicitur in sene in omni sexu, in omni ætate formosa est. Vis horum omnium quasi summum et compendium? En cape. Sine patientia aut nullum, aut rarum opus virtutis.' Saresber. III. 14. Colophonis loco libet hanc de patientia commentationculam obsignare Cypriani verbis Serm. IV. de mortalit. 'Ad omnia te facere paratum timor Dei et fides debet. Sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis assidua membrorum et cruenta vexatio, sit de uxore, de liberis, de excedentibus charis funebris et tristis avulsio; non sint tibi offendicula ista, sed prælia: nec debilitent aut frangant Christiani fidem, sed potius ostendant in colluctatione virtutem; cum contemnenda sit omnis injuria malorum præsentium fiducia futurorum bonorum.'

179 *Effreni volitabat equo*] Equus

omnium superbissimum animalium. Unde quidem ἱπποτυφία in Proverbium abiit, pro ingenti fastu et nimia gloriæ affectatione. Gilbert. Cognat. in append. adag. 4. Ideoque, ut superbia satis exprimatur vivis depicta coloribus, fingitur effreni volitare equo.

183 *Turritum tortis caput accumulavat Crinibus*] Tanta ornandi capitis onerositas, propria superbiæ nota et character. Nazianz. feminas comæ suggestum in altum educentes, turrificare crines dicit: μὴ κεφαλὰς πυργοῦ τε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες. Tertull. lib. de cultu femin. 'Affligitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Mirum quod contra Domini præcepta contenditur. Ad mensuram neminem sibi adjicere posse pronunciatum est. Vos plane adjicitis ad pondus,' &c. Vide Just. Mart. Ep. ad Zenam et Serenum: Juven. Sat. VI. 491. Lips. de magnitud. Rom. IV. 7. Isidor. Pelus. Epist. I. 461.

Turritum] Græcum illud πυργωτὸν exprimit, turritum nempe verticem. Quippe hic est illc ornatus adscititius adjutor formæ, et comes incessus fastuosi, et cerviculæ tumidæ, qualem Synesius tribuit illi, quam vocat πυργοφόρον καθάπερ Κυβέλην, 'turritam sicuti Cybelen;' cui Virg. Romam assimilat, Æn. VI. 'Qualis Berecynthia mater Invehitur curru Phrygias turrita per urbes.' Ergo in tam artifice, tamque sollicita capillorum structura merito habitare Superbia dicitur; quomodo tres Furiæ perhibentur serpentib. venenatis esse crinitæ. Lascivum hoc genus capillamenti et structuram comæ Dicæarchus vocat λαμπάδιον, credo ab similitudine flammæ, quæ sensim acuminatur, ut ait Pollux. Carol. Paschal. Coron. I. 5.

199 *Mens humilis regina quidem, sed egens alieni Auxilii*] Macarii verba locum sibi hic merito vendicant, hom. XLI. Ἐὰν δέ τις μὴ ᾖ ἐν ταπεινοφροσύνῃ πολλῇ, παραδίδοται οὗτος τῷ Σατανᾷ, καὶ ἀπογυμνοῦται τῆς πρὸς αὐτὸν γενομένης θείας χάριτος, καὶ πειράζεται ἐν θλίψεσι πολλαῖς, καὶ τότε φανεροῦται αὐτοῦ ἡ οἴησις, ὅτι γυμνὸς καὶ ταλαίπωρος ὑπάρχει. ὀφείλει οὖν ὁ πλουτῶν τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ ἐν πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ καὶ συντριμμῷ καρδίας ὑπάρχειν, καὶ ὡς πτωχὸν καὶ μηδὲν ἔχοντα ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι· ἀλλότριον αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἄλλος ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ, ὅτε βούλεται, αἴρει αὐτό. ὁ οὕτως ταπεινῶν ἑαυτὸν ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, δύναται διαφυλάξαι τὴν πρὸς αὐτὸν γενομένην χάριν, καθὼς φησιν, ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται, &c. Vide D. Chrysost. super Acta Apost. Hom. XXX. p. 661. et Homil. XLVIII. in Matt. p. 429. et seq.

201 *Spem sibi collegam conjunxerat*] Ideo Spes Humilitatis collega; quia, si adflictus et παθῶν τρικυμίαις oppressus Deo se submittit, 'More nec indomiti frena recusat equi;' utique spei firmissima nitetur anchora, non, si nunc male, et olim sic fore. Ὅταν δὲ ἔχῃ τις πάντοτε τὴν ἐλπίδα τοῦ θεοῦ, ὥσπερ λεπτύνεται καὶ ἐξυδαροῦται τὸ κακὸν, teste Macario homil. XVI. Ὀφείλει δὲ ἔχειν καθ' ἡμέραν τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν χαρὰν, καὶ τὴν προσδοκίαν τῆς μελλούσης βασιλείας, καὶ ἀπολυτρώσεως, καὶ λέγειν ἐὰν σήμερον οὐκ ἐλυτρώθην, αὔριον λυτροῦμαι: ut loquitur idem Macar. hom. 26. e qua et seqq. adjunge de plantante vineam et domum ædificante. Vide quoque Homil. XIV. ejusdem.

Edita cujus Et suspensa ab humo est Opulentia regno] Cl. et erudit. M. Bergius esse ἀπεκδοχὴν censebat istius: 'Beati pauperes, quia regnum Dei possidebunt.' Vide Proverb. 'Semper agricola in novum annum dives.' Et, 'spes servat afflictos.' Itemque meas Notas Pont. I. 7. vs. 30.

205 *In vocem dictis se fundit amaris*] Chrys. Homil. XVII. in Ephes. V.

κραυγὴν appellat ὄχημα οὖσαν τῆς ὀργῆς. Ibid. ἡ πικρία, καὶ ἡ κραυγὴ, καὶ πᾶσα κακία, καὶ βλασφημία, καὶ ὅσα τοιαῦτα τοῦ θυμώδους ἐστίν. V. N. ad Terent. prolog. Phorm.

206 *Non pudet, o miseri, plebeio milite*] ‘ Aut vires augendæ,’ inquiebat Archidamus, ‘ aut minuenda audacia.’ Impar congressus Achilli οὐδέν τι ἄλλο reportat, ἢ ὀδύνην καὶ ὄνειδος, quod Brenni est dictum apud Plutarch. ‘ In se spuit is, qui spuit adversus Olympum,’ alicubi ait Scaliger. Itaque ‘ Contra Rhodanum ne stolide natare tentes: Contra Boream ne temere flare ruentem: Contra pelagi streperum clamare tumultum:’ inquit idem. Et bonum est Salvatoris monitum Luc. xi. 21. quod vide.

212 *En, qui nostra suis in prædam cedere dextris Sceptra volunt*] Apposite et lepide Siren Arpinas pro P. Quint. ‘ Miserum est exturbari fortunis omnibus: miserius est, injuria: acerbum est ab aliquo circumveniri: acerbius a propinquo. calamitosum est bonis everti: calamitosius cum dedecore. funestum est a forti atque honesto viro jugulari: funestius ab eo, cujus vox præconio quæstu prostitit. Indignum est a pari vinci, aut superiore: indignius, ab inferiore atque humiliore: luctuosum est tradi alteri cum bonis; luctuosius inimico.’

219 *Rudibus dominamur in ossibus omnes*] Politianus ex Platone non dubitavit asserere, ‘ Non esse quenquam Regum, qui non sit e servis ortus; nec servum, cui non sint origo Reges: omnia enim ista tempus miscuit.’ Audiatur vetus sapiens, Boëth. Met. iii. 6. ‘ Omne hominum genus in terris Simili surgit ab ortu: Unus enim rerum pater est, Unus cuncta ministrat,’ &c. Astipulatur Eurip. in Alexandria: Τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα, Διὰ δ' ἔκρινεν ἃ τεκοῦσα γᾶ βροτοὺς, Ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν. Ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν· μία δὲ γονὰ Τό τ' εὐγενὲς, καὶ τὸ δυσγενές. Confer Lactant. v. 15.

226 *Pellitosque habitus sumsit Adam*] Aliam vero causam sacra nobis oggerunt, Gen. iii. 21. Cypr. Serm. de jejun. et tentat. ‘ Malum hoc Adam in Paradiso pulsavit et stravit, cum subjectionem, quam Deo debebat, fastidiens appetiit dominatum: et cum vellet esse sicut Deus, sine Deo se vidit et novit; et conspectam Evæ abhorruit fœditatem, quam licet operiret, manens tamen perpes ibi contumelia stetit et hæsit. Ad suasionem diaboli animam vanitati subjectam dejecit ambitio,’ &c. Vide orat. ii. de Adamo Basil. Seleuc. ubi hæc annectit: Τοιαῦτα γὰρ τοῦ διαβόλου τὰ μηχανήματα μεθ' ἡδονῆς τιτρώσκει, καὶ μετ' αἰσχύνης ἐλέγχει. ὠθεῖ πρὸς πτῶσιν, καὶ στηλιτεύει πεσόντας.

232 *Quæ miseros optare jubet, quandoque futuri Spem boni*] Recte Phædrus in Fabulis, ‘ Gaudium,’ inquit, ‘ et dolorem miscere totam hominum vitam. Habetque has vices conditio mortalium, ut ex adversis nascantur secunda,’ teste Plin. Paneg. Trajani, vel, ut est apud Cassiod. Ep. iv. 47. ‘ mundanis rebus frequenter nascitur de adversitate prosperitas.’ Ideoque ‘ sperat infestis alteram sortem bene præparatum pectus.’ Horat. ‘ Spes enim effectus, tædium laboris excludit: et magnum genus incitamenti, credere desiderata compleri.’ Cassiod. Ep. v. 17. Sin autem spes quandoque decollet, ut Comici utar verbo; ne statim, parma abjecta, nuncium Constantiæ extremum remitte, et valedic patientiæ, manusque præsentibus porrige malis; sed ‘ perfer et obdura,’ ‘ veniendo veniet Dominus, nec in æternum dabit justo fluctuationem.’ Habac. ii. Malac. vii. ἡ ἐλπὶς γὰρ οὐ καταισχύνει. Rom. v. vide Job. ii.

243 *Justitia est ubi semper egens*] Quis non exclamet enim cum illo: Ὦ τλῆμον ἀρετὰ, λόγος ἄρ' ἦσθ', ἐγὼ δέ σε Ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ. ‘ Est etenim,’ ut Manilius ait

lib. IV. 'infelix virtus, et noxia felix, Et male consultis pretium est; prudentia fallit.' Eodem judicio Firmicus: 'Fortis ab ignavo superatur; bonum prostravit inferior; justo justitia non profuit; castos providentia sæpe decepit; pudicis ac sobriis impudicus ac dissolutus in honoris petitione prælatus est. Jacent strenui, laudantur improbi, et quicquid huic profuit, illum incauta imitatione decepit.'

Pauper honestas] Hieronymus Ep. LXIX. 'Omnis dives, aut iniquus, aut iniqui hæres.' Cæcus enim Aristophanis Plutus ad improbos ut plurimum divertit. Judiciose itaque Timaudrides Spartanus, qui cum post diutinam peregrinationem domum reversus multis auctam partibus rem offendisset familiarem, graviter commotus, 'Fieri,' inquit, 'non potest, o fili, quin et Deos et familiares, et hospites plurimos injuria tuam per avaritiam affeceris.' Ælian. XIV. Hinc paupertatem habuerunt contubernalem viri etiam præstantissimi, qui vitam et sanguinem patriæ ac honestati impenderunt. P. Val. Poplicola copias familiares tam habuit exignas, ut, cum moreretur, funeri sumtus deessent. Liv. II. dec. 1. Epaminondas ille Græciæ princeps, qui Spartanos vinci posse docuit, unicam habebat vestem, quæ si resarcienda, domi latitare cogebatur. Ælian. l. v. Var. hist. Senec. Hippol. 'Castos sequitur mala paupertas.'

245 *Aperta Simplicitas*] Nec enim Candori νόος ἐμπεπύκασται, ut de Amore Moschus fingit, aut ἐν χολῷ ἐστιν ἀνάμερος, ἠπεροπευτὰς, Οὐδὲν ἀλαθεύων: sed ὀρθὰν ἀληθείας τέμνει κέλευθον, quod de se aiebat Rhesus Eurip. vel, ut ait Pind. Pyth. I. ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χαλκεύει γλῶσσαν. Hinc adeo ad 'omne patet sine tegmine vulnus:' præsertim quia τὸ ἁπλοῦν καὶ ἄδολον τοῦ ἤθους εὐκόλως ἐξαγορεύει τὰ ἀπόῤῥητα τῆς ψυχῆς, teste Basil. V. N. Trist. II. 572. et Pont. II. 5.

248 *Quam degenerem trepidatio prodit*] Respicit ad illud Virg. Æn. IV. 'Degeneres animos timor arguit.' Recte Olor Dircæus et lepide Olymp. I. Ὁ μέγας κίνδυνος ἀναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει. Inde apud Lucan. III. 'Metus degener.' et Gunth. VII. 590. 'Degener fuga.' Seneca de Clement. I. 16. 'Quicquid est indolis, comminuitur trepidatione degeneri.' Confer Sarisber. Policrat. VI. 14.

249 *Faxo ego, sub pedibus stipularum more teratur*] Satis confidenter! De Pyrgopolinice Artotrogus plane geminas spirat glorias, Milit. Glorioso: 'Cujus tu legiones diffiavisti spiritu, Quasi ventus folia, aut peniculum tectorium.' Et de Ægyptiorum exercitu Val. Max. refert IX. 1. 'Quapropter tam enerves delitiis animi spiritum exercitus nostri sustinere non potuerunt.' M. Varro de R. R. II. 'Avus, cum cohortaretur milites, ut caperent arma, atque exirent contra, dixit, celeriter se illos, ut scrofa porcos, disjecturum: id quod fecit.'

252 *Fragilique viros fœdare triumpho*] Seneca lib. de provid. c. 3. 'Indignus visus est, a quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignavissimum quemque refugit. q. d. Quid ego istum adversarium mihi assumam? statim arma submittet. Non opus est in illum tota potentia mea, levi comminatione pelletur. Non potest sustinere vultum meum: pudet congredi cum hoste vinci parato. Ignominiam judicat gladiator, cum inferiore componi: et scit, eum sine gloria vinci, qui sine periculo vincitur. Idem facit fortuna,' &c.

257 *Sed cadit in foveam præceps*] Nimirum h. e. quod Salomon dixit: Τῇ ἀβουλίᾳ αὐτῶν ἁλίσκονται παράνομοι, 'temeritate sua capiuntur prævaricatores.' Ad quam faciem et Heges. I. 32. 'Incauta semper nimia præsumtio, et sui negligens.' Re-

fer huc illud Sedulii l. i. ‘ Hanc sprevit habere salutem Arrius infelix, qui curva per avia rectum Flectere nisus iter, foveam delapsus in atram Corruit, et tetri mersus petit ima profundi.’ Vide Gilbert. Cognat. cent. x. adag. 926.

260 *Fallendi versuta opifex*] Boëth. Met. i. 5. ‘ Fraus mendaci comta colore.’ Vide Lips. Polit. iv. c. ult. ‘ Ut autem inferiorum est, niti insidiis, sic fortiorum cavere, ne virtuti illudat dolus.’ Hegesipp.

261 *Planiciem scrobibus violaverat insidiosis*] Simile strategema Gunth. de Cremonensib. refert x. vs. 306. Et de venatorib. scribit Manil. l. v. ‘ Claudunt campos formidine mortis, Mendacesque parant foveas, laqueosque tenaces.’

270 *Hunc eques illa dolum*] O quam verum apud Hegesip. Vespasiani effatum est! iv. 2. ‘Incuriosior suis sæpe motibus cadit, et dum irruit incautus, impetu suo fusus procumbit. Atque adeo circumretit vis atque injuria quemque, atque unde exorta est, ad eum plerumque revertit.’ Lucret. v. 1153. Nec abs re scriptum a Fabricio: ‘ Nectere quod si quis fraudem tentabit iniquam, Artibus interimet seque suosque malis. Inque scrobes aliis multo molimine fossas, Prospera promittet cum sibi cuncta, ruet.’ Verum quoque illud Artabani est ad Xerxem, Herod. lib. vii. ‘ Ut venti jam desituri vehementissime spirant, Ita proximi exitio maxime efferuntur. Et incredibile est, Nimia fiducia quantæ calamitati esse soleat.’ Æmil. Prob. in Pelop.

277 *Comi moderatur gaudia vultu*] ‘ Est enim prudentis in adversis lapsum corrigere, in prosperis moderationem tenere.’ Hegesipp. iv. 2. ‘ Et qui novit omnia temperare, is vincit assidue.’ Cassiod. Ep. ii. 41.

285 *Desine grande loqui*] Superbiæ pedissequa, Dejectio est et Pœna. Nam ‘ Nil ita sublime est, supraque pericula tendit; Non sit ut inferius suppositumque Deo.’ Ovid. iv. Trist. 8. ‘ Ille novit planare sublimia, et altius elevare prostrata.’ Bonif. ad Aug. Ep. 191. sive ut apud Laërt. Chilon ait, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. Vide Senec. Hippol. vs. 1125. et Herc. Furent. vs. 384. Erasm. adag. ‘ Ne magna loquaris.’ Bernhard. de bustis, Domin. Palmar. Serm. ix. part. 1. lit. Q. hunc locum adducit.

Frangit Deus omne superbum] Nihil altum ille præter se vult: adeo ut B. Maria recte canat, διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. Luc. i. 51. Et sane ‘ ante confractionem superbia, et ante lapsum alti sunt spiritus.’ Proverb. xvi. 18. Vere Isidor. Pelus. Epist. i. 164. Ὑπερηφάνεις ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἄρχοντι αὐτῶν ἐξ ἀρχῆς ἀντετάξατο. Σκόπει τοίνυν ὅσον ἐστὶ καὶ θεὸν ἔχειν ἀντίμαχον, καὶ τὸν ἀρχαῖον ἀντάρτην συμμέτοχον. Quam formidabilem vero, funestam, et tragicam ἐπίβδαν sint sortiti homines inflati et tumidi, videre licet in Sennacherib, Esaiæ xxxvii. Nabuchodnosore, Herode, qui γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυχεν. Actor. xii. 23. et aliis. Idcoque ‘ Desinat elatis quisquam confidere rebus, Instabilesque Deos, ac lubrica numina discat.’ Claudian. in Rufin. ii. 440. ‘ Parcite mortales animos extollere fastu, Collatis opibus aspernarique minores:’ ut ait Galterus de Castilione lib. i. Reconde hæc, o! quisquis legis; simulque illud recta tecum via Senecæ reputa: ‘ Quo fortuna altius Evexit ac levavit humanas opes; Hoc se magis supprimere felices decet. Qui non se plicat, rumpitur.’ Bernhardin. de bustis, loco dicto V. N. Trist. iv. 8. Itemque doctissimi D. Gruteri Discurs. ad Tacitum part. 2. fol. 18. et seqq. Lips. in monit. Polit. ii. 14. Basil. Seleuc. Orat. xxxv. sub finem.

286 *Magna cădunt*] Ut fumus a loco ignis erumpens in altum extollitur, et ipsa elatione in globum magnum intumescit. Sed quanto fiet globus ille grandior, tanto fit vanior: sic quo magis impius exaltatur, tanto citius deficit. Augustin. in Psalm. XXXVI. Summa; quod Basil. Seleuc. scribit Orat. XXXV. in publicanum et Pharisæum, jure hinc transscribam: *Ὑπερηφανία νοσημάτων ἀκρόπολις, θεῷ πολεμοῦσα, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀγνοοῦσα, τὰ διαβόλου νοοῦσα. δι' ὧν ὁ τῆς ἀρετῆς ἀνόνητος δρόμος, κἂν ὅλος ἐν μέσῳ τὰς ἀρετὰς παραστήσῃς, ἔσβεσεν αὐτῶν τὰς λαμπάδας παρακύψας ὁ τύφος. οὐδὲν ὄφελος νηστείας, ὑπερηφανίας συνεζευγμένης. περιττὴ παρθενία τῷ πάθει τῆς ὑπερηφανίας μολυνομένη. δικαιοσύνην θεὸς ἀποστρέφεται τῷ τύφῳ δουλεύουσαν. εὐποιΐαν μισεῖ τῷ τῆς ψυχῆς ὄγκῳ φλεγμαίνουσαν. ὦ παραδόξου κακοῦ, τὴν τῶν ἀγαθῶν κτῆσιν μολύναντος· ὦ νόσημα τῆς οὐρανίου φιλανθρωπίας ἀλλότριον. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλα πταίοντας ὁ δημιουργὸς ἢ μεταγινώσκοντας ἐλεεῖ, ἢ κολάζει τοῖς πταίσμασιν ἐναπομένοντας· ὑπερηφάνοις δὲ μόνοις ἀντιτάσσεται, πολεμίους, οὐ δούλους ἡγούμενος.* Conjunge Saresber. III. 3. et VIII. 1. Chrysost. Homil. XXV. in Matt. et XIX. sub finem. Pisidem de vanitate vitæ vs. 26.

286 *Tumefacta premuntur*] Eurip. Heraclid. vs. 387. *Τῶν φρονημάτων Ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.*

289 *Sententia Christi, Scandere celsa humiles*] Lactant. V. 16. Basil. Seleuc. Orat. XXVIII. Augustin. tom. X. operum de tempore Serm. CCXIII. Isidor. Pelus. Ep. I. 15. Cyprian. ad Quirin. III. 5. Basil. M. Homil. de humilitate. Et ex Matt. XVIII. Sedulius: 'Omnibus Celsior est humilis, cunctisque potentior ibit, Qui cunctis subjectus erit, seseque minorem Demissa cervice gerit.' Zehner. cent. III. adag. 42. et seq.

291 *Vidimus horrendum membris*] 1 Samuel. XVII. Basil. Seleuc. orat. in Davidem XV. et XVI. Macar. Homil. L. Isidor. Pelus. Epist. I. 265. et 180. Saresber. VI. 19. Augustin. tom. X. de tempore Serm. 197. et tom. VIII. super Psalm. CXLIII. D. Hieronym. ad Marcellam tom. I. p. 56. Cypriani omittere verba hic non possum lib. de duplici martyrio: 'Ad eundem modum de cæteris tentationibus, objice tentatori clypeum scripturarum, in quibus tibi loquitur Deus, non minore fide, quam si tibi coram ore ad os loqueretur. Ex his torrentibus sume tibi lapides, quibus dejicias superbum Goliath,' &c.

292 *Cecidisse*] Scilicet 'nihil tam firmum est, cui non sit periculum, etiam ab invalido. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fit, et ferrum rubigo consumit. An ignoras, magnas arbores diu crescere, una hora extirpari?' Curt. l. VII.

Invalida cecidisse manu] Galterus VIII. 401. 'An nescis, longo quod provocat æthera ramo, Arboreum robur, firma radice superbum, Quodque diu crevit, una exstirparier hora? Stultus, qui fructum cum suspicit arboris, altum Non vult metiri. Videas, sublime cacumen Prendere dum tendis, postquam comprenderis illud, Cum ramis ne forte cadas. Avium fuit esca Parvarum quandoque Leo, rex ante ferarum. Ferrum cuncta domans, atque omni durius ære, Consumit rubigo vorax. Sub cardine Phœbi Tam solidum nihil est, cui non metus esse ruinæ Possit ab invalido.' Haud ergo falso Sophocles Ajace: *Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα Πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις Ἔφασχ' ὁ μάντις.* Quin imo 'tantum valent momenta in præliis, ut brevi casu dispares sui reddant, cum aut potentes dejiciuntur, aut afflicti levantur;' quemadmodum præclare scribit Hegesippus III. 18.

300 *Ille puer virtutis pube*] Quo cum Varronis hoc amice conspirat, Aboriginib. *περὶ ἀνθρώπου φύσεως*: 'sed neque vetulus canterius quam novellus

melior, neque canitudini comes virtus.' Vide Cassiodorum Epist. I. 38. et Notas Pont. II. 2.

302 *Servatur quia certe mihi*] Macar. Homil. XII. pag. 147. et seqq.

311 *Luxuria, extinctæ jamdudum prodiga famæ*] 'Infamiæ apud prodigos novissima voluptas est.' Corn. Tac. Annal. XI. 'Nolunt autem peccare solita, quibus peccandi præmium infamia est;' ut ait Seneca Epist. 123. Inde Menander: Τοὺς τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον, Τὸ καλῶς ἀκούειν, ταχὺ ποιεῖν πᾶσι κακῶς. Scilicet 'luxuriæ finis indubitatus confusio est,' ut verbis utar Saresberiensis VIII. 6. Verissime Timotheus, cum in Aristophontem prodigum inveheretur, 'Cui nihil,' inquiebat, 'satis est, eidem nihil turpe est.'

312 *Delibuta comas*] Eleganter hac de re Tertullian. lib. de cultu femin. Senec. nat. quæst. VII. 31. et liber de disciplina et dono pudicitiæ, qui inter Cypriani legitur opera.

Oculis vaga] Oculus erraticus animi impudici signum. Unde quidem et Pericles, Atheniensium princeps, intemperantiam Sophoclis increpans, dixit: 'Prætori non solum manus a pecuniæ lucro, sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere.' Val. Max. IV. 3. Cic. Off. I. Stob. Serm. XV. Vide Isidor. Pelus. Epist. III. 199. P. Roverium Not. in Panegyr. p. 137.

Languida voce] Non inepte huc trahes illud Senecæ controvers. procem. 'Torpent, ecce! ingenia desidiosæ juventutis, nec in ullius rei labore vigilatur. Cantandi saltandique nunc obscœna studia effœminatos tenent: et capillum frangere, et ad muliebres blanditias voces extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, et immundissimis se colere mundiciis, nostrorum adolescentium specimen est.'

Delibuta comas] Galter. Alexand. V. 216. 'Discors Bellona furebat Sanguineis maculosa jubis, sanieque recenti Delibuta comas.'

313 *Perdita deliciis*] Claudian. de laudib. Stilic. II. 131. Camerar. meditat. histor. cent. I. c. 19. August. tom. X. de temp. Serm. 231. 232.

Vitæ cui causa voluptas] Eundem ad sensum Varro, Modio: 'Ganeones nostri, quibus modulus est vitæ culina.' Et de Agrigentinis Plato divinus venuste dixit: 'Ædificant quasi semper victuri, comedunt quasi nunquam morituri.'

317 *Quia forte jacens ad fercula*] 'Sic solent luxui et saginæ nunc pati emtique, (Tacit. II. hist.) ut ignava animalia, si cibum suggeras, jacent torpentque.' Lege Epist. Senecæ XXII. 123. ad Lucil.

330 *Et male dulcis odor domat ora*] 'Effeminat animos amœnitas. Amœna sine dubio aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Ideoque indurandus est animus, et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Hannibalem, illum indomitum nivibus atque Alpibus virum, enervarunt fomenta Campaniæ.' Seneca Epist. VII. 52. ad Lucil. Val. Max. IX. 1. Strabo l. V. Florus II. 6. Livius l. XXXII. Cic. Orat. I. cont. Rullum. Saresber. VIII. 6.

335 *Bracteolis crepitantia lora*] Varro Hecatombe: 'Ubi illa phalerata gemmeaque ephippia, Et arma margarito candicantia.'

342 *Luxuriæ servire volens*] 'Ita ingenium est omnium hominum,' inquit Simo Terent. Andr. I. 1. 'ab labore proclive ad libidinem.' Et vere Philo lib. νόμ. ἀλληγ. Ἄτριπτος ὁ ἀρετῆς χῶρος· ὀλίγοι γὰρ βαίνουσιν αὐτόν. τέτριπται δὲ ὁ κακίας, ἐν ᾗ κατατρίβονται τὸν βίον οἱ φυγάδες ἀρετῆς λογισμοί. vel, ut Coint. Smyrn. XII. 290. Ῥηϊδίη μὲν ἐς ἀργαλέην κακότητα Αἰζηοῖσι κέλευθος. 'Estque arridentis nequitiæ facies læta,' quod præclare scribitur a Cypriano Epist. II. 2.

344 *Fortissima virtus Sobrietas*] Eurip. Hippol. Σωφροσύνης Οὔποτε θνη-

τοῖς ἀρετῆς ἄλλη Δύναμις μείζων. Pythagoræ est ῥώμη ψυχῆς. Unde quidem Stobæo referente, a quopiam ita fuit definita: Σωφροσύνη ἐστὶν ἀνδρείας στολή, ἀσελγείας δὲ πέλυξ, ὀφθαλμῶν ἡνίοχος, εὐνοίας δὲ ἐπίσκοπος, λογισμῶν περιτομή, ἀκολασίας ἐκτομή, φύσεως ἀντίφυγος, καὶ πυρώσεως ἀντίθετος, ἔργων ἔπεργος, καὶ ἐγκρατείας συνεργὸς, καρδίας καμπτὴρ, εὐχῆς γνώμη.

347 *Vexillum sublime crucis*] Σταυρὸς γὰρ ἀοίδιμος τοῖς ἐπιγείοις ἐλευθερίαν πρυτανεύει. Isidor. Pelus. Epist. IV. 32. estque ψυχῆς σωτηρία καὶ σώματος, πάντων τῶν κακῶν ἀποτρόπαιον, πάντων τῶν ἀγαθῶν πρόξενος, ἁμαρτίας ἀναίρεσις, teste Damasceno l. IV. de orig. Fidei. Vide Lipsium de cruce III. 15. 16. 17.

354 *Lilia luteolis*] Homini Christiano atque adeo militi veterano exprobrat luxum coronarum, quæ constant e floribus, quæque capiti imponuntur: hic quidem ὁμόφρων eadem mente cum Tertulliano, qui flores nequaquam capiti ornando, sed naribus tantum oblectandis inventos ait. Et uterque insectatur flores Lasciviæ. Carol. Paschal Coron. II. 15.

371 *Excidit ergo animis eremi sitis*] Exod. XVII. Vide August. tom. X. de temp. Serm. 93. et sup. Cathem. III. 90.

374 *Angelicus ne cibus*] Exod. XVI. Psal. LXXVIII. Num. XI. Sapient. XVI. Justin. Martyr Dial. cum Tryphone fol. 283. Οἷς ἄρτον εἰς τροφὴν δι' ἀγγέλων οὐρανίων τὸ μάννα ἔβρεξεν, ἵνα μηδὲ σιτοποιίας δεόμενοι ζητήσητε. De Manna Philo περὶ τῶν μετονομαζ. fol. 80. Τὰς δ' ἀπ' οὐρανοῦ τροφὰς νείφει χωρὶς συμπράξεως ἑτέρων ὁ μόνος αὐτουργὸς θεός. καὶ μὴν λέγεται, Ἰδοὺ ὕω ὑμῖν ἄρτους ἀπ' οὐρανοῦ. τίνα οὖν ἀποτροφὴν ἐνδίκως ἔσεσθαι λέγει, ὅτι μὴ τὴν οὐράνιον σοφίαν; ἣν ἄνωθεν ἐπιπέμπει ταῖς ἵμερον ἀρετῆς ἐχούσαις ψυχαῖς ὁ φρονήσεως εὐθηνίαν καὶ εὐετηρίαν ἔχων, καὶ τὰ ὅλα ἄρδων. Ad quem locum plura doctiss. Hœschelius. τὸ δὲ μάννα ἑρμηνεύεταί τι τοῦτό ἐστι, τὸ γενικώτατον τῶν ὄντων καὶ ὁ λόγος δὲ τοῦ θεοῦ, ὑπεράνω παντός ἐστι τοῦ κόσμου, καὶ πρεσβύτατος καὶ γενικώτατος τῶν ὅσα γέγονε. Philo lib. allegor. vide Isidor. Pelus. Epist. III. 34. et IV. 73. Basilium Seleuciens. orat. XXXI. et XXXIII. Augustinum tom. X. de temp. Serm. 91. Bochium supra Psalm. LXXVII.

375 *Quem nunc Vespertinus edit populus de corpore Christi*] Johan. VI. 31. et seqq. Macar. Homil. IV. pag. 49. Hom. XXX. pag. 406. Chrysost. l. d. Tertullian. l. de patient. 'Post mannæ escatilem pluviam, post petræ aquatilem sequelam desperant de Domino, tridui sitim non sustinendo.' Cyprian. Serm. de Cœna: 'Panis iste Angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica, omnibus, qui digne et devote sumunt, secundum desiderium suum sapit, et amplius quam Manna illud eremi implet, et satiat edentium appetitus, et omnia carnalium saporum irritamenta, et omnium exuperat dulcedinum voluptates,' &c. Idem serm. de Spiritu Sancto: 'Hic Spiritus Rubri maris aquas siccavit, et suspensis hinc inde vehementibus fluctibus, ab ollis carnium et Ægypti pulmentariis populum ad spiritualem eremi libertatem eduxit incolumem, et alimoniis cælestibus pavit, Manna quasi rorem matutinum infundens graminibus, quod colligi jussum est ad mensuram.'

377 *His vos imbutos dapibus jam crapula turpis*] Cyprianus hoc ipsum dilucide expressit, Serm. de Cœna: 'Abi retro cum sacellis tuis, qui lucris inhias, et mercedes sectaris, qui opulentus in Sion quotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas, et in stratis segmentatis lascivis, qui vestiris mollibus, et in terra suaviter viventium conversaris.' Et inf. 'Hanc Dei gratiam recolens, qui de sacro calice bibit, amplius sitit, et ad Deum vivum erigens desiderium, ita singulari fame illo uno appetitu tenetur,

ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula, et omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei quasi rancidum radensque palatum acutæ mordacitatis acetum.'

396 *Si pœnitet, haud nocet error*] B. Hieronymus in Psal. IV. Pœnitent. 'Clarum,' inquit, 'venturæ salutis indicium, si homo incipit cognoscere semetipsum.' Nec aliud arguunt illa Isidori Pelus. Epist. I. 381. Κάλλιστον μὲν τὸ μὴ ἁμαρτεῖν, καὶ πρὸς θεὸν ἔχον ἐγγύτητα· καλὸν δὲ καὶ τὸν ἁμαρτόντα γνωσιμαχῆσαι, καὶ ταχέως ἐξαναστῆναι τοῦ πτώματος. Hinc Chrysostomus in Epist. ad Corinth. II. 7. Homil. XV. Ὁ λυπούμενος ἐφ' ἁμαρτίαις, οὗτος μόνος ἀνύει τι πλέον ἀπὸ τῆς λύπης. δαπανᾷ γὰρ καὶ ἀφανίζει τὰς ἁμαρτίας· ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τοῦτο κατεσκεύασται τὸ φάρμακον, ἐνταῦθα ἰσχύει μόνον, καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐπιδείκνυται· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων καὶ βλάπτει. εἰς ἁμαρτίας μόνον ἡ λύπη χρήσιμον. Recte proinde Verinus e Cicerone: 'Errare est hominis, sed non persistere. Sæpe Optimus est portus vertere consilium.'

397 *Pœnituit Jonathan*] 1 Samuel. XIV. Ambros. Serm. XXV.

403 *En ego sobrietas Pando viam cunctis virtutibus*] Non injuria Menander, ταμεῖον ἀρετῆς εἶναι σωφροσύνην μόνην, dixit. ὅστις γὰρ τὸ ἀπόβλεπτον καὶ ὑπέρκαλον τῆς σωφροσύνης κάλλος θεασάμενος, οὐκ ἐδαμάσθη τῷ φίλτρῳ, οὗτος ἀνέραστος τῶν καλῶν παρ' ἐμοὶ κριτῇ γεγράφθω, quod præclare scribitur ab Isidor. Pelus. Epist. II. 7. Nam cæteris virtutibus omnibus est honori et ornamento; 'Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo Argentum Parisve lapis circumdatur auro.'

430 *Lascivas vitæ illecebras gustatus amaræ Mortis*] Pronunciatum Pindari est Isth. VII. τὸ πὰρ δίκαν Γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά. vel, ut Nazianzeni habent verba, σαίνει μὲν τῷ χρηστῷ, τελευτᾷ δὲ εἰς πονηρόν. Quibus, tanquam jucunda Echo, adsonat Philo Judæus lib. περὶ θυόντων: Τὰ μὲν περὶ τὴν κατάπυσιν γλυκαίνουσα, πικρὰς δὲ καὶ δυσιάτους αὖθις ἐπιφέρουσα ἀλγηδόνας. Unde non præpostere Moschion apud Stobæum Serm. CCXL. ἔπεσθαι τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά. Signateque Boëthius Prosa III. 7. 'Tristes esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum volet, intelliget.' Probe ibid. Met. VII. 'Habet hoc voluptas omnis, Stimulis agit fruentes; Apiumque par volantum, Ubi grata mella fudit, Fugit, et nimis tenaci Ferit icta corda morsu.' Cui congruenter Isidor. Pelus. Epist. III. 218. μυρίων τιμωριῶν πρόξενοί εἰσιν αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναί. Neque secus Cyprian. Epist. II. 2. 'Malorum blandientium virus occultum est, et arridentis nequitiæ facies quidem læta, sed calamitatis abstrusæ illecebrosa fallacia, instar cujusdam veneni, ubi in lethales succos dulcedine aspersa, calliditate fallendi, sapore medicato poculum videtur esse, quod sumitur: ubi epota res est, pernicies hausta grassatur.' Et strictim Serm. de jejun. et tentat. 'Carnis complexus fœdus exhalans nebulas, eum, qui sibi adhæserit, aliqua ex parte contaminat, nec libidinum morsus quisquam evasit illæsus.' Et hoc est, quod scribit Philo lib. νόμ. ἀλληγ. Ὁρᾷς, ὅτι οὐ μόνον τῶν ἐν Αἰγύπτῳ παθῶν ἐφιεμένη ἡ ψυχὴ περιπίπτει τοῖς ὄφεσιν, ἀλλὰ καὶ, ὅτε ἐστὶν ἐν ἐρήμῳ, δάκνεται ὑφ' ἡδονῆς τοῦ ποικίλου καὶ ὀφιώδους πάθους. οἰκειότατον δὲ ὄνομα εἴληφε τὸ ἡδονῆς ἔργον. δηγμὸς γὰρ καλεῖται. 'Cavenda sunt igitur oblectamenta ista, tanquam laquei et plagæ, ne suavitudinum mollicie capti, sub ditionem mortis cum ipso corpore redigamur, cui nos mancipavimus:' Sicut acute et pie ait Lactantius VI. 22. 'Initia namque cupidinis, dulcia sunt super mel et favum: at novissima ejus quovis absynthio amariora sunt;' ut Saresberiensis hæc obsignem verbis. VI. 23. vel ut Basilius Magnus Homil. εἰς

ἅγιον βάπτισμα inquit p. 190. ἡδονὴ πρὸς καιρὸν μὲν καταλεαίνει τὸν ἀπολαύοντα· ὕστερον δὲ, πικροτέρας χολῆς ποιεῖται τὰς ἀναδόσεις. Quare, 'O quater, et quoties non est numerare beatum, Qui sub obumbrata dulcedine triste venenum Deprendit latitare, boni mendacis operto.' Hamartig. vs. 336. Sic enim Dionysius Sophista præcepisse perhibetur, voluptates concessas mellis in morem, non cava manu, sed summo digito gustari debere. Si turpes, quod monebat Aristoteles, non tam venientes, quam abeuntes spectandas esse.

432 *Cæde ducis dispersa fugit acies*] 'Militarem sine duce turbam esse corpus sine spiritu,' insigne Perdiccæ effatum est apud Curt. l. x. 'Frons enim occipitio prior,' Cato de R. R. Et 'urget præsentia Turni' Virg. Æn. IX. Quod pensiculantes Macedones, cum ab Illyriis prælio pulsi fuissent, rege suo in cunis prolato, et ante aciem posito, acrius certamen repetivere; quasi ideo fuissent victi, quod bellautibus auspicia regis sui defuissent. Conserto itaque prælio, magna cæde Illyrios fuderunt, attestante Trogi decurtatore l. VII. Inde Quintil. l. v. 'Ut remiges sine gubernatore, ita milites sine Imperatore nihil valere adfirmat. Quorum tametsi numerosus exercitus, spernendus tamen est, quoniam nullo duce regitur, sed errore tantum, temere ac passim limphante, raptatur.' Ut Boëthii hæc hanc ad faciem usurpem, l. I. Scilicet 'Imperator vinculum est, per quod Respub. cohæret: et ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus et præda, si mens illa imperii subtrahatur.' 'Rege incolumi mens omnibus una; Amisso, rupere fidem:' quod Seneca de Clement. I. 4. eleganter pronunciat. Cui astipulatur Simplicius in Epictetum: 'Duce interfecto,' inquiens, 'vel victores ejus milites statim et animis concidunt, et, non secus atque oves, opilione carentes, lupis invadentibus, alii alio diffugiunt, ut non castra tantum, sed ipsa etiam patria, duce in bello cæso, periclitetur.' Clare idipsum fatetur Justinus de duce Thebano, l. v. 'Post paucos deinde dies Epaminondas decedit; cum quo vires quoque Reipubl. ceciderunt. Nam sicuti telo si primam aciem perfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris: sic illo, veluti mucrone teli, ablato duce Thebanorum, rei quoque publicæ vires hebetatæ sunt; ut non tam illum amisisse, quam cum illo interiisse omnes viderentur. Nam neque hunc ante ducem ullum memorabile bellum gessere; nec postea virtutibus, sed cladibus insignes fuere: ut manifestum sit, patriæ gloriam et natam et extinctam cum eo fuisse.' Sed hac de re fuse, et, ut solet, docte eruditissimus Dn. Gruterus in Discurs. ad Tacitum parte I. fol. 83. et seqq.

Cæde ducis dispersa fugit] Galter. III. 219. 'Fugit agmine facto Turba ducum; partesque labant, ubi summa moventur. Cumque caput nutat, turbari membra necesse est.'

433 *Jocus et petulantia primi Cymbala projiciunt*] Lignis a foco subtractis, ignis extinguitur: κόρον amove, et frigebit, sat scio, venus, libidinum stimuli retundentur, jocus languescet, petulantia exspirabit, Amor elisus suffocabitur. Nec enim Antistes Carthaginensis male, Serm. de jejun. et tentat. 'Jejuniis vitiorum sentina siccatur, petulantia marcet, concupiscentiæ languent, fugitivæ abeunt voluptates. Jejunium extraordinarios motus in cippo claudit et artat, et appetitus vagos distringit et ligat.'

439 *Pompa inani exuitur nudata peplo*] Ad hos enim terminos redigit sua mancipia dissuasor honesti Luxus; qui revera est εἰς πενίην οἶμος ἑτοιμοτάτη, qui 'rem aufert cum pulvisculo, pennasque ita incidit, ut nequeant renasci.' Plaut. Bacch. Cic. ad Atti-

cum Epist. IV. 2. Hinc argute admodum Comicus Luxuriæ filiam esse fingit Inopiam, Trinum prol. Unde Chilo cum videret adolescentem patrimonium suum profuse largientem aliis, 'Si,' inquit, 'sumtus magnos, ubi non decet, feceris; ubi decet, mox exiguos facies.' Et secturæ paupertatis metu Diogenes a prodigo minam petiit, nummulos ab aliis petere solitus. Florus itaque festive III. 12. 'Magnificus apparatus conviviorum, et sumtuosa largitio, nonne ab opulentia paritura mox Egestatem?'

440 *Si fratris galeam fulvis radiare ceraunis*] Prisco more nonnulli galeas radiant gemmis et auro. Ovid. Pont. III. 'Scuta, sed et galeæ gemmis radiantur et auro.' Stat. Theb. IX. 'Et pictum gemmis galeæ jubar.' Prudentius hic. Nec solum auro et gemmis honestabantur galeæ tempore pacis, sed et olea, quod verissimum symbolum pacis. Hac ratione Romam galeatam describit in Symmach. II. 663. Carol. Paschal. Coron. X. 21.

443 *Non piget attritis pedibus ire voluptatem*] Exemplo filius sit prodigus, Luc. XV. Siracides igitur immane quantum pie et bene c. 18. *μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ, μηδὲ προσδεηθῇς συμβολῆ αὐτῆς. μὴ γίνου πτωχὸς, συμβολοκοπῶν ἐκ δανεισμοῦ.* Ejusdem notæ reperies plura Proverb. XXIII. 21. et 29. Notumque est illud *πολυθρύλλητον*: 'Festa Martini sæpe iterata, Absumunt anseres et prata.' Wer immer will ſeyn Sanct Mertens Gaſt, Der muß zu letzt dem Niclaus faſten. 'Fugienda sunt itaque,' inquit Macrobius, 'omnibus modis, et abscindenda igne et ferro, totoque artificio separanda, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a civitate seditio, a domo discordia, et in commune a cunctis rebus intemperantia.' Saresber. VIII. 15.

454 *Avaritia gremio præcincta capaci*] Graphice Avaritiam nobis depingit Chrysostomus in 1 ad Corinth. cap. X. Homil. XXIII. p. 528. et seqq. Et in Matth. Homil. LXXI. Isidor. Pelus. Epist. II. 233. Et III. 412. August. tom. X. de temp. Serm. 196.

456 *Vasto ore inhians*] Saresb. VIII. 15. Vide Chrysost. Homil. XXIX. in Matth.

458 *Nec sufficit*] 'Avaritiæ solius et quæstus ardor nec satiat cupidum, nec pœnitet eum cumulasse, quod crescere optat, non minui.' Cyprian. prolog. Serm. Et Serm. de Jejun. 'Nunquid et sic potest impleri ambitio tua, aut satiari potest fames tua, offa hujus mundi injecta dentibus tuis, et faucibus tuis universa rerum massa intrusa?' Propter hanc inexplebilitatem avari conferuntur a Diogene hydropicis, apud Stobæum Serm. X.

460 *Turpe lucrum*] Hujusmodi hominibus 'Lucri bonus est odor ex re qualibet.' Eorumque hæc sunt *κελεύσματα*: 'Unde habeas, curat nemo, sed oportet habere,' Ennius. 'O cives, cives! quærenda pecunia primum, Virtus post nummos,' Horat. *Μηδὲν σὺν κέρδει κακόν*, Sophocl.

461 *Quos læva celante tegit*] 'In his duobus articulis furor totius avaritiæ constat, quod immoderatius appetit aliena, aut sua tenacius servat. Et quidem immoderatius appetit, quisquis, quod deest, legem necessitatis excedens et usus exposcit. Tenentur quoque avidius, quæ usui subtrahuntur. Ea quoque, quæ sine usu possessoribus elabuntur, inutilia sibi esse quis dubitat?' Saresber. VII. 16.

462 *Velat opermento*] Refer huc fabulam de cane, qui fœno frendens incumbebat, quo tamen nec ipse frui poterat, neque boves, ut vescerentur, admittebat.

463 *Abradit*] Confer Juven. Sat. XIII. ibi: 'Confer et hos veteris,' &c.

464 *Cura*] Basil. M. homil. *ἐν Λακιζοῖς*, p. 213. *Εἶτα ἀγρυπνίαι ἐντεῦθεν*,

αἱ μέριμναι, αἱ φροντίδες. ὅσον αὔξει ὁ πλοῦτος, τοσοῦτον φέρει τοῦ βίου τὸ μεριμνητικὸν, &c. Et mox: Αὗται αἱ μέριμναι δαπανῶσι τοῦ πλεονέκτου τὴν ψυχήν. κύων ὑλακτεῖ, καὶ ὁ πλούσιος νομίζει κλέπτην εἶναι. μυὸς ψόφος, καὶ τοῦ πλουσίου ἡ καρδία πηδᾷ. τὸν παῖδα ὑποπτεύει. πάντα δι' ὑποψίας ἔχει, &c. Seneca Ep. XXI. 116. Cyprian. Ep. II. 2. Horat. Carm. III. 10. Chrysost. in Matth. Homil. XLVIII. p. 431.

Fames] Avari plerumque 'nec sibi patiuntur bene esse, nec alteri; qui cum geniis suis belligerant, parcipromi.' Plaut. Trucul. 'Qui famem utendam, si roges, nunquam dabunt; Qui Divum atque hominum clamant continuo fidem, De suo tigillo fumus si qua exit foras;' sicut Comicus lepide jocatur de Euclione, qui vivum Famis exemplum, imo hospitium et indivisum contuberninm. Aululár. Non dissimile est, quod de Chio quodam Plutarchus refert, lib. de cupid. divit. qui vinum vendebat optimum, ipse bibens vappam. Proinde servus cuidam sciscitanti, quid rerum ageret Dominus, respondit, ἀγαθῶν παρόντων, ζητεῖ κακὸν, 'bona cum adsint, quærit mala.' De metu, Carcinus: Δειλόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος, καὶ φιλόψυχον κακόν. Et Theodoret. lib. de Provid. VI. Ὁ πλοῦτος πολλοὺς θορύβους ἔχων καὶ φροντίδας παντοδαπὰς καὶ τρικυμιῶν εἴδη μυρία. De perjuriis, Pacuvius, qui mantile, quo noxæ quotidianæ exterguntur, esse ea, adseverabat. Glaucus jurejurando pecuniam alienam intercipere volebat; qui, quamvis ab oraculo monitus resipuerit, tamen cum omni posteritate est extinctus. Herodot. lib. VI. De pallore, nescio quis: 'Pallet aurum, quia multos habet insidiatores.' De corruptela, proditorum perfidia docet; qua de consule Camerar. meditat. hist. cent. I. c. 7. De dolo, utique eadem: 'Nihil tam munitum, quod non expugnari possit pecunia.' Cic. II. in Verrin. 'Omnia castella hæc machina deiiciet, in quæ modo asellus onustus auro possit ascendere.' Cic. ad Attic. Epist. I. 12. De insomniis, Chrysost. l. supra allegato: Τοῖς δὲ φιλαργύροις καὶ τοῦτον ἡ πλεονεξία προσέχωσε τὸν λιμένα, τοσαῦτα καὶ ἐν νυκτὶ φροντίζουσι χαλεπῶς, ἅτε μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, μετὰ σχολῆς ἁπάσης κατακόπτοντες ἑαυτούς: 'Pecuniæ autem amantibus hunc quoque portum obstruxit avaritia; tam multa etiam noctu graviter mente agitant, utpote nemine negotium facessente, cum omni otio seipsos laniantes.' De sordibus Suet. et Dion. Vespasianus vectigal urinarium instituit. Reprehensus a filio dissimulavit, donec prima pensio esset soluta; tum pecuniam admovit ad filii nares, sciscitans, num odore offenderetur: illo negante, 'Atqui hæc,' inquit, 'est e lotio.' Indignum quolibet bono, lucrum ex omni occasione odorari; et quod vetus verbum ait, κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν, vel a mortuo auferre. Ammian. Marcell. l. XXII. Aristot. Rhetor. II.

467 *Rabidorum more luporum*] 'Avaritia fervet alienarum opum violentus ereptor? Similem lupi dixeris.' Boëth. lib. IV. Prosa 3. Vide Lactant. V. 5. Basil. M. Hexaëm. Homil. X. Ὁ δὲ πλεονέκτης, οὐκ ἔστι λύκος ἅρπαξ; Et p. 116. νῦν δὲ, ὡς λύκος ἅρπαξ, ἐφεδρεύων τοῖς ἀλλοτρίοις.

472 *Caput socio mucrone ferire*] Chrysostomus loco bis terve nominato: Φιλαργυρία καὶ τὸ πέλαγος αἱμάτων ἐνέπλησε, καὶ τὰ τῶν δικαστῶν φοινίσσει ξίφη παρανόμως πολλάκις, καὶ τοὺς ταῖς ὁδοῖς ἐφεδρεύοντας νύκτωρ καὶ μεθημέραν ὁπλίζει αὕτη, καὶ φύσιν ἀγνοῆσαι ἔπεισε, καὶ πατραλοίας ἐποίησε καὶ μητραλοίας, καὶ πάντα ἐπεισήγαγε τῷ βίῳ τὰ κακά. διὸ καὶ ῥίζαν αὐτῶν ὁ Παῦλος ταύτην καλεῖ. Elegantissima quoque vide apud Basil. M. homil. εἰς πλουτοῦντας p. 159. Columban. Carm. III. ad Fedolium.

482 *Hunc lumine ademto*] Huc trahendum illud apud Juven. Sat. XIII.

' Est alius metuens, ne crimen pœna sequatur; Hic putat esse Deos, et pejerat, atque ita secum: Decernat, quodcunque volet de corpore nostro Isis, et irato feriat mea lumina sistro, Dummodo vel cæcus teneam quos abnego nummos.'

486 *Alium capit intuitu*] Testis est Ælian. Var. Hist. lib. v. puerum, cum auream laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset, in judicium fuisse adductum: Areopagitæ crepundia, talos, et laminam auream puero proposuerunt; qui cum iterum ad aurum inclinaret, capite plexus est. Hoc nimirum est quod ait Varro in Fragmentis; ' aurum præstringit oculos.'

494 *Neque enim est violentius ullum*] Chrysost. l. d.

496 *Damnetque Gehennæ*] Hinc Augustinus avaritiam justitiæ novercam, et nutricem gehennæ appellat: et doctor aurei oris et linguæ melleæ Homil. XXIV. loci sæpius adducti, *τὴν πτωχοποιὸν, τὴν ψυχοφθόρον, τὴν γεέννης φίλην, τὴν ἐχθρὰν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ μητέρα πάντων ὁμοῦ τῶν κακῶν.*

502 *Ni ratio armipotens*] Fortasse ad Rationale Mosaicum, quod in pectore Pontificis suo ornatu induti erat, alludit. M. Bergius.

517 *Ingenium omne necì dedimus*] Sed de sensu; egregie Sallust. de rep. ord. ' Ubi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia.' Et paulo ante: ' Ubi cupido divitiarum invasit, neque artes bonæ, neque ingenium ullum satis pollet: quin animus magis aut minus mature, postremo tamen succumbit.'

520 *Quicquid Styx abdit avaris Gurgitibus*] Scilicet ' Itum est in viscera terræ, Quasque recondiderat, Stygiisque admoverat umbris, Effodiuntur opes irritamenta malorum.' Ovid. Met. I. 138. Atque hinc adeo diræ sunt Anacreontis in Plutum: *Ὄφελες ὦ τυφλὲ Πλοῦτε Μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, Μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆμεναι· Ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν κ' Ἀχέροντα. Διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά.*

523 *Quod miscet mundus vesana negotia, nostrum est*] Præclare ad hanc rem Sophocles, Antigone: *Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος Κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε· τοῦτο γὰρ πόλεις Πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων· Τόδ' ἐκδιδάσκει, καὶ παραλλάσσει φρένας Χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγματ' ἵστασθαι βροτῶν. Πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν, Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι.*

529 *Nonne triumphos Eginus ex Scariot*] Joh. VI. 64. et 71. Ibidemque Nonnus Paraphrastes; et XII. 4. et XVIII. Matt. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. 4.

530 *Dum fallit federe mensæ*] Juxta Prophetiam Psalm XL. 10. Quam repetit Cyprianus in exposit. Symb. Apost. f. 368. Ita, eheu! *Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εὗρεν Ἀνθρώπου καθαρὰν ψευδομένου φιλίην. Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες Ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.* Et ' non tam hostes existimandi sunt, qui in castris ex adverso positis odium suum palam profitentur, quam qui domi ex insidiis nostræ saluti imminent:' sicut graviter et vere scribit Georg. Buchananus Rer. Scot. l. XII.

533 *Flammante cupidine*] Inde a Nonno VI. 255. vocatur Judas *ἀργυρέης νούσοιο νόον δεδονημένος οἴστρῳ*. Quem eundem ex eodem Nonno, Dionys. XXIX. 69. Nansius dicit, *ἄνδρα νοοπλανέων κτεάνων δεδονημένον οἴστρῳ*. Joh. Saresber. VIII. 15. ' Sed possunt etiam nequiora avaritiæ inveniri exempla. Siquidem Prophetæ oculos cupiditas excæcavit, et pecunia corruptus Apostolus Dominum innocentem crucifigendum tradidit manibus impiorum.' Cyprian. de Jejun. et tentat. ' Judas ille proditor venditurus magistrum, prætaxatum precium a principibus exegit sacerdotum. Quid mihi, inquit, vultis dare,

et ego enm vobis tradam? Usque ad mortem Domini amor lucri se ingerit, nec vitæ salvatoris quæstus desiderium parcit.' Vide Tertullian. l. de præscript. adv. hæret. Isidorum Pelus. Epist. I. 425. et III. 385. S. Basil. in Ammonitionibus, apud Goldast. in Paræuet. p. 197.

534 *Infamem mercatus agrum*] Poëtice in Judam transfertur, quod pecunia ipsius per sacerdotes efficiebatur. M. Berg.

535 *Obliso collo*] Matth. XXVII. 5.

536 *Jericho propria inter funera*] Basil. Seleuc. Orat. XXXI. Αὐτόματοι πόλεις ὑπέκυπτον. Ἰεριχὼ κυκλουμένη τὸν τοῦ τείχους ἀπεδύετο κύκλον. ὥσπερ τοὺς οἰκήτορας φεύγουσα, καὶ τοῖς Ἰσραελίταις προστρέχουσα, &c. August. tom. X. de tempore Serm. 106. et tom. III. de mirabil. script. sac. II. 3. Macar. Homil. L.

537 *Concidit Acham*] Josuæ VII. Salvian. de gubernat. Dei l. VI. et VII. P. Fab. III. Semest. 20. p. 308. S. Basil. in Ammonit. p. 196. 'Plerique avaritiæ ardore in mortis periculum inciderunt. Propter avaritiam Acham cum suis lapidatus est.'

545 *Quis placet exemplum generis*] Hoc est, quod Lucanus ait l. V. 'Faciuus quos inquinat, æquat.' Hinc eloquentiæ fundus pro M. Marcello: 'Dolebam, ac vehementer angebar, cum viderem virum talem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna.' Horolog. Princip. III. 56. 'Æquissimum est, ut, qui complices extiterunt criminis, pœnæ sint participes.' V. N. ad Dracont. vs. 363.

550 *Nil refert, armis contingat palma, dolisve*] Adi Lipsii Polit. IV. 13. et V. 17.

552 *Inque habitum sese transformat honestum*] Ad exemplum nempe sui patris, qui μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. 2 Corinth. XI. 14. 'Cujus sunt partes, intervertendi veritatem.' Tertull. de præscript. adv. Hæret. Inf. vs. 684.

553 *Fit virtus specie, vultuque et veste severa*] In communi vita nihil pervulgatius, quam nomina virtutum vitiis, et vitiorum virtutibus imponere. Unde Ovid. I. de Remed. 'Et mala sunt vicina bonis; errore sub illo Pro vitio virtus criminá sæpe tulit.' Consentit D. Hieron. Epist. ad Lætam tom. I. 'Venena non dantur, nisi melle circumlita: et vitia non decipiunt, nisi sub specie umbraque virtutum.' Et ibid. ad Celantiam p. 51. 'Nescio quomodo turpiora sunt vitia, quæ virtutum specie celantur.' Idem dicit Seneca Epist. XXII. 121. 'Adjice, quod mirum fortasse videatur. Mala interdum speciem honesti obtulerunt, et optimum ex contrario nituit. Sunt enim, ut scis, virtutibus vitia confinia, et perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. Sic mentitur prodigus liberalem: cum plurimum intersit, utrum quis dare sciat, an servare nesciat. Multi, inquam, sunt, qui non donant, sed projiciunt. Non voco ego liberalem, pecuniæ suæ iratum. Imitatur negligentia facilitatem, temeritas fortitudinem. Hæc nos similitudo coëgit attendere, et distinguere specie quidem vicina, re autem plurimum dissidentia,' &c. Astipulatur etiam Gregorius his verbis: 'Sæpe se vitia ingerunt, et se virtutes esse mentiuntur.' Adeo quidem, ut prosperum ac felix scelus virtus vocetur. Seneca Herc. Fur. vs. 250. vel, ut est apud Lucan. I. 662. 'Scelerique nefando Nomen sit virtus.' Unde Euphrades Themistius Orat. III. f. 61. Οἶδε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἑκάστῳ ἀπάτη καὶ φενακισμὸς παραπέπηγε, καὶ ὑποδύεται μεγαλοπρέπειαν μαγγανεία, καὶ εὐσέβειαν ἀγυρτεία. Plura habes ejusdem notæ ac monetæ apud Horat. Sat. I. 3. Isidor. Pelus. Epist. IV. 210. Et III. 99. Saresberien. IV. 9. D. Chrysost. in c. V. ad Ephes. Sidon. Apol-

linar. Epist. VII. 9. Quintil. VIII. 3. Ammian. Marcell. l. XXX. et inprimis D. Bernhard. in lib. De ordine vitæ, p. 1122. Nota hic illud Vincentii in Specul. XX. 51. ‘ Perniciosiora et a remediis longinquiora sunt vitia, quæ sub specie virtutum et imagine spiritualium rerum videntur emergere, quam illa, quæ ex aperto pro carnali voluptate gignuntur. Hæc enim velut palam expositi et manifesti errores, et arguuntur cominus et sanantur. Illa vero, dum sub prætextu virtutum geruntur, inenrata perdurant, et deceptos quosque periculosius faciunt ac desperatius ægrotare.’

554 *Quam memorant frugi*] P. Roverius Not. ad Panegyr. p. 154.

559 *Pietatis tegmine crines Obtegit anguineos*] Talis autem pietas, seu verius *πρόφασις*, velum est, quod scelus omne tegit, quod alicui forsit in mentem poterat venire.

567 *Consensu faciles*] Quoniam dociles imitandis turpibus et pravis omnes suumus. Juven. Sat. XIV.

576 *Impositura manum*] Χεὶρ γὰρ ποιεῖ πάντα κτίσματα, ut ait Horapollo hieroglyph. II. 119. quem ad locum quæ Cl. Hæschelius notet ex Plutarcho, vide.

580 *Miserando inopum*] Hegesip. V. 2. ‘ Misericordia sola solet allevare miserias, solari ærumnas.’ Adi Serm. I. Cypriani de Eleemosynis.

582 *Ditata fide*] ‘ Egestatem suam ipse spe temperat futurorum,’ ut ait B. Gregorius. Isidor. Pelus. Epist. IV. 138.

583 *Redituro fœnore*] Quia qui miseretur pauperis, Deo fœnerat. Cyprian. Serm. dicto.

596 *Reluctanti*] ‘ More anguium, qui, obtrito capite, postremum canda minantur.’ Florus I. 15.

602 *Dispergit et egenis dissipat*] ‘ Satius est,’ inquiebat Bion Philosophus, ‘ suam messem aliis largiri, quam alienam decerpere.’ Videntur hæc expressa e Psal. CXII. ‘ Dispersit, ’&c.

603 *Captivo munere*] Herodes Atticus *νεκρὸν Πλοῦτον* dixit pecunias inutiles, et sordide parcequne retentas, h. e. *ἀσύμβολον Πλοῦτον*, ut exponit Philostratus. Qua ratione et *δεσμωτήρια Πλούτου* vocavit arcas, quibus captivæ veluti detinentur ab avaris pecuniæ. Et Aristoph. *Πλοῦτον τυφλὸν* ‘ divitias abstrusas ’ dicit.

607 *Lucrandi Ingluvie pereunte, licet requiescere sanctis*] Isidor. Pelus. lib. III. Epist. 24. *Ὁ δεινὸς καὶ πάντολμος τῆς φιλοχρηματίας ἔρως, κόρον οὐκ εἰδὼς, ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν κακῶν τὴν ἀλοῦσαν ψυχὴν ἐλαύνει. οὐκοῦν μάλιστ’ ἐν προοιμίοις αὐτὸν ἐπελάσωμεν· κρατήσας γὰρ, ἀχείρωτος ἔσται.* Vide Antholog. I. 12.

609 *Summa quies, nil velle, super quam postulet usus*] O aureum dictum Quod Plaut. Aulular. quoque stabilit hoc tibicine: ‘ Pol si animus est æquus tibi, satis habes, qui bene vitam colas.’ Ex quibus se probat veritas carminis Lucret. VI. 1118. ‘ Quod si quis vera vitam ratione gubernet; Divitiæ grandes homini sunt, vivere parce Æquo animo: neque enim est unquam pænuria parvi.’ Cui adsidet locus Horatii Carm. III. 16. ‘ Multa petentibus Desunt multa.’ Approbat idem Boëth. II. Prosa 5. ‘ Paucis minimisque natura contenta est: cujus satietatem si superfluis urgere velis, aut injocundum quod infuderis, fiet, aut noxium.’ Confirmat Columbanus Carm. II. ad Sethum 43. ‘ O nimium felix, parcus cui sufficit usus, Corporis ut curam moderamine temperet æquo!’ Hinc Socrates Æschinem, cum premeretur inopia, monere solebat, ut a seipso sumeret mutuum sine usura, hoc est, parce viveret. Et breve quidem, sed bracteatum Clementis Alexandrini dictum est, Strom. I. *Ὁ σπουδαῖος, ὀλιγοδεής*: ‘ vir bonus paucis indiget.’ Quin apud Syracidem legimus XXXI. 22. *Ὡς ἱκανὸν ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ τὸ ὀλίγον.* Et sentiunt rectissime, quibus in ore, in

corde sedet: *ἐν τῷ εὖ, καὶ τὸ μέγα.* Non abludit Martialis: 'Illa placet tellus, in qua res parva beatum Me facit, et tenues luxuriantur opes.' Lemuelis votum non repeto aut transcribo Proverb. xxx. Adi notas nostras Trist. III. 7. Hunc autem versum Columbanus hinc transcripsit carmine primo ad Hunald. vs. 10.

609 *Summa quies, nil velle supra*] Scythæ ad Alexandrum Magnum apud Galterum VIII. 419. 'Libera gens Scythiæ nil appetit ulterius, quam Prima parens Natura dedit; de munere cujus Nec cuiquam servire potest, nec, ut imperet, optat. Esse sui juris hominem, sua seque tueri, Contentum esse suis, alienum nolle, beatum Efficiunt. Igitur si quid quæsiveris ultra, Excedunt tua vota modum, finemque beati.' Quibus gemina germana sunt illa x. 205. 'Animum nullius egentem Non res efficiunt, sed sufficientia. quamvis Sit modicum, si subficiat, nullius egebis.'

610 *Ut simplex olimonia*] Philo *περὶ ὀνείρων* fol. 138. *Σιτίοις καὶ ποτοῖς τρεφόμεθα, κἂν ᾖ εὐτελεστάτη μάζα καὶ ὕδωρ ναματιαῖον. εἴ τι οὖν ἡ κενὴ δόξα προσεπέθηκεν ἀμητῶν καὶ μελιπηκτῶν πεμμάτων γένη μυρία καὶ οἴνων ἀμυθήτων πολυέργους καὶ παμποικίλους κράσεις, πρὸς ἀπόλαυσιν ἡδονῆς μᾶλλον ἢ πρὸς μετουσίαν τροφῆς παρηρτυμένας. πάλιν ἡδύσματα πρὸς ἐδωδὴν ἀναγκαῖα γοητείᾳ, καὶ λάχανα, καὶ πολλὰ τῶν ἀκροδρύων, καὶ εἰ τυρὸς, καὶ εἴ τι ἄλλο ὁμοιότροπον. εἰ δὲ θέλεις ἐπὶ σαρκοβόρων ἀνθρώπων ἰχθῦς ἔτι καὶ κρέας πρὸς τούτοις γράφομεν,* &c.

Vestis tegat ac recreet artus] Philo ibid. fol. 139. *Τίς γε μὴν οὐκ οἶδεν, ὅτι ἀμπεχόνη πρὸς τὰς ἀπὸ κρυμοῦ καὶ θάλπους ἐγγινομένας βλάβας τῷ σώματι κατεσκευάσθη τὸ πρῶτον; ἀλλ' ἀλεξάνεμος μὲν, ὡς οἱ ποιηταί πού φασι χειμῶνι.* Ubi D. Hæschelius, Græcarum vindex eximius literarum, adduxit locum Plutarchi Sympos. VI. 6. *Γερμανοὶ μὲν οὖν κρύους πρόβλημα ποιοῦνται τὴν ἐσθῆτα μόνον· Αἰθίοπες καὶ θάλπους μόνον· ἡμεῖς δὲ ἀμφοῖν.* Vide ibid. alterum Philonis, et Clem. Alexand. locum, fol. 250. Sed de unica veste accommodum est hic illud de Epaminonda Principe Græciæ, qui unicam habebat vestem, quam si mitteret ad fullonem, domi se continere cogebatur. In ejusdem supellectile præter ahenum, et veru unicum nihil fuit repertum. Ælian. lib. v. Anthol. I. 12. Parmenio Macedo: *ἀρκεῖ μοι χλαίνης λιτὸν σκέπας· οἶδ' ὀλίγης δαιτὸς ἐλευθερίην.*

613 *Ingressurus iter peram ne tollito*] Matth. x. 9. et 10. Marc. VI. 8. et 9. Luc. IX. 3. et XXII. 35.

615 *Nec te sollicitet res crastina*] Imitatur hæc Columbanus Carm. II. ad Sethum 10. 'Nec te sollicitet circumfluа copia rerum.' Juvenc. lib. I. 'Crastina nec vobis curetur copia rerum: Quisque dies sibimet satis est pro fraude diurna.' Ethnici quoque de futuris sollicitudinem et curam e pectore amoverunt. Anacreon: *Τί γάρ ἐστι σοι τὸ κέρδος Ὀδυνωμένῳ μερίμναις; Πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον; Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.* Theocrit. in Hyla: *οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τόδ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.* Horat. Carm. IV. 7. 'Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summæ Di superi?' Ubi plura Monstroliensis: Senecæ pium est dictum Ep. XII. 'Ille beatissimus est, et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat.'

617 *Nonne vides, ut nulla avium cras cogitet*] Cyprianus Serm. I. de Eleemos. Saresber. VII. 16. Chrysost. Homil. XXIII. in Matth. Hinc Juvenc. l. I. 'Aëreas spectemus aves: non vomere presso Terga soli subigunt, jaciunt nec semina farris, Aut segetum culmos incurva falce recidunt; Proveniet tamen his saties potusque cibique: Nonne Deo magis est hominum curatio cordi?'

620 *Passeribus modico venalibus asse*] Matth. x. 29. 'Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores,' ut

scribit alicubi Seneca.

624 *Vitæ dator et dator escæ est*] Hinc nescio quis: ‘Certa mihi spes est, quod, vitam qui dedit, idem Et velit et possit suppeditare cibum.’

634 *Vestis et usque pedes*] Virg. Æn. I. 408. ‘Pedes vestis defluxit ad imos.’ Seneca Œdipo: ‘Lugubris imos palla perfundit pedes.’

635 *Temperat et rapidum mœstitia gressum*] Sup. vs. 345.

636 *Implet Vaginam gladius*] Homer. Odyss. XI. Ξίφος ἀργυρόηλον κουλεῷ ἐγκατέπηξα. Et Odyss. X. Ἀλλ' ἄγε δὴ κολεῷ μὲν ἄορ θέο. Iliad. I. Ἀψ δ' ἐς κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος. Contrarium est ‘Vagina ensem eripere,’ ut Virgil. Sic Eurip. Iphig. Aulid. Ὀξὺ χειρὶ φάσγανον στάσας Κολεῶν ἔσωθεν. Apollon. IV. 207. Ὁ δὲ ξίφος ἐκ κολεοῖο Σπασσάμενος. Homer. Iliad. I. Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῦ μέγα ξίφος. Nonnus lib. XXIII. Ἄορ ἐὸν γόμωσεν. Cic. pro M. Marcello: ‘Gladium in urbe vagina vacuum non vidimus.’

642 *Et Christum gaudere suis victoribus arcem*] Juxta illud Apocal. III. 21. Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, &c. Vide Cyprian. Serm. II. de zelo et livore, ibi: ‘Habet et pax coronas suas,’ &c. Macar. Homil. XXI. et XIII. et XV.

650 *Non aliter cecinit*] Philo lib. III. de vita Mosis: et περὶ ὀνείρ. p. 201. Cl. Alexand. Strom. V. Macar. Homil. XLVII. Hegesip. de excidio Hieros. V. 16.

651 *Ponti post terga*] Basil. Seleuc. orat. XXXI. Ἵστατο μεθ' ἡλίου Ἰορδάνου τὰ ῥεύματα, καὶ τὸ ῥόθιον ἐχαλινοῦτο, παραχωροῦν τοῖς βαδίζουσι. καὶ νόμους ἵστατο ῥεύματος, ἀναμένων τὴν πάροδον. Idem orat. in annunciat. sanctissimæ Deiparæ. August. de temp. Serm. CVI. et LXXXIX.

654 *Nigrosque repulso Gurgite Nilicolas*] Cosmas Hierosolymitanus crebriter hujus meminit facti in canonibus, ut Suidas vocat, asmaticis. In Transfigurat. Domini: Χορὸς Ἰσραὴλ ἀνίκμους ποσὶ πόντου ἐρυθρὸν καὶ ὑγρὸν βυθὸν διελάσαντες, ἀναβάται τριστάτας δουμενεῖς ὁρῶντες ἐν ἑαυτῷ ὑποβρυχίους, ἐν ἀγαλλιάσει ἔμελτον ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. Rursus, εἰς τὴν ὑπαπαντήν: ὅσει τεῖχος γὰρ ἐπάγει ἑκατέρωθεν ὕδωρ λαοῦ πεζοπορουντοπαροῦντι, &c. Item, Εἰς ὕψωσιν τοῦ σταυροῦ. εἰς τὴν πεντεκοστήν. εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος. εἰς τὰ θεοφάνια. τῇ μεγάλῃ δευτέρᾳ. τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ. Johan. quoque Damascenus hym. in Theogoniam vs. 1. et hym. in Epiphaniam, vs. 5. Στείβει θαλάσσης κυματούμενον σάλον, Ἤπειρον αὖθις Ἰσραὴλ διεκτεμένον, Μέλας δὲ πόντος τριστάτας Αἰγυπτίων ἔκρυψεν ἅρδην ὑδατόστρωτος τάφος, Ῥώμῃ κραταιᾷ δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου.

665 *Fauces portæ castrensis*] Adi Turneb. adv. XXX. 24. Lips. de Milit. Rom. Dial. V. 5.

682 *Incautis victoribus insidiata est*] ‘Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet: et frequentissimum initium calamitatis securitas.’ Vell. Paterc. l. II. ‘Adversarius autem vetus est et hostis antiquus, cum quo prælium gerimus. Omnia genera tentandi et artes atque insidias dejiciendi usu vetustatis edidicit. Si imparatum invenerit Christi militem, si rudem, si non sollicitum, ac toto corde vigilantem, circumvenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum.’ Cyprian. de exhortat. martyr. prologo.

684 *Sociam mentita figuram*] Ita numero pro pipere muscerda se venditat. ‘Blandiens adversarius et fallens,’ secundum Apostoli vocem, ‘transfigurat se velut Angelum lucis, et ministros suos subornat velut ministros justitiæ, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi, ut dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur.’ Cyprian. de simplic. prælat. sup. vs. 552.

Sociam mentita figuram] Diversa di-

versos milites veste usos, et inde sæpe proditos, certissimum est. Plutarch. in Artaxerxe: 'Qui ubi vix rubra sagula conspicati sunt, quod regiæ partis omnes albis uterentur, agnoverunt statim hostes esse.' Eum militiæ morem, ut alios non paucos, attigit hoc loco Prudentius, cui hinc lux facienda. Stewech. ad Veget. III. 5.

685 *Scissa palla*] Petronius in Satyrico. Quem locum Pet. Crinit. repetit. de honest. discip. XIII. 2.

687 *Ipsa redimitos olea frondente capillos Ostentans*] Olea, pacis insigne. Isidor. Originat. XVII. 7. Notæ meæ Pont. I. 1. vs. 31. Unde Ovid. Fast. I. 711. 'Frondibus Actiacis comtos redimita capillos Pax ades, et toto mitis in orbe mane.' Discordia igitur oleæ præcincta ramo, se inferens, denotat, 'frequentius conventionum pacisque simulationem credulis, quam arma nocuisse:' quod Vegetius eleganter scripsit III. 3. Nam sæpius quamplurimis, teste Manilio lib. II. 'Scorpius aspergit noxas sub nomine amici.' Adeo ut Plinius pronunciet, Panegyr. Trajan. 'pejorem odio amoris simulationem.' Quippe, Hipponensis antistes scribit de Civ. Dei XIX. 5. ex Tullio de Amicitia, 'Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæ, quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis. Hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum non solum existit; verum etiam opprimit, antequam prospicere atque explorare potueris. Propter quod etiam illa divina vox, Et inimici hominis domestici ejus, cum magno dolore cordis auditur.' Adi Nonium c. IV. in 'Componere.' Agellium XV. 9. Gilbert. Cognat. adag. Magis nocent insidiæ occultæ, f. 414. Senecam Hippol. vs. 915. Utraque proinde manu Romanorum veterum laudanda est et voce præconia extollenda ingenuitas, qui inimicitias denunciabant aperte, et suis ædibus interdicere solebant inimicis, autore Tacito. Atque ut Ennius ait, 'in fronte scriptas gerebant amicitias et inimicitias.' Insuper nota vox est Achillis apud Poëtam maximum Iliad. I. 312.

Ipsa redimitos olea] Peristeph. IV. 55. 'Oleam revincit pacis honore.' Hic Discordia vult videri pacifera, cum tamen revera sit 'Vipereum crinem vittis innexa cruentis.' Carol. Pasch. Coron. VI. 17.

689 *Sed sicam sub veste tegit*] Quid est, si hoc non est, quod Guntherus oppido quam vere memoriæ reliquit X. 291. 'Nulla quidem pestis magis est operosa nocendi, Quam simulatus amor, nimiusque domesticus hostis.' Cui suffragatur Tullius pro Roscio istis: 'Tecti esse ad alienos possumus: socium vero fallere qui possimus?' Ceterum ad hunc modum fuisse Domitianum confossum a Stephano, Suetonius tradit c. XVII. in Domit. Talis ictus quoque inter inguina Galliarum regi, Henrico III. Valesiorum ultimo, a sodale Dominicano illatus, florentissimum regnum pæne ad incitas redegit. P. Faber Semest. III. 23. Vide Gunther. IX. 527. et seqq. et Notas ad Victorini Genes. II. 203.

699 *Si virtus sub pace cadit*] Cyprian. Epist. I. 3. 'Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur; salutaris sinus matris, noverca intercedente, præcluditur.' Consule Lipsium Polit. IV. 14.

702 *Pallor in ore, Conscius audacis facti, dat signa reatus*] Ita est; scribit Seneca justitiæ stilo, Epist. XCVII. 'Tuta scelera esse possunt, secura non possunt.' Quare? quia 'prima et maxima peccantium pœna est peccasse. Nec ullum scelus, licet illud Fortuna muneribus exornet suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus et hæc et illa secundæ pœnæ premunt ac sequuntur; timere semper et expavescere, et securitati diffidere.' O li-

quida et mera veritas! Quæ isti apud Petronium talia extorsit verba: 'Cum deinde vultu atque ipsa trepidatione mendacium prodidissem, ponere jussit arma, et malo cavere.' Perinde atque Atreus apud Senecam testatur, Thyest. vs. 329. 'Multa sed trepidus solet Detegere vultus.' Eludant igitur, qui volunt, et susque deque habeant leges scriptas; dummodo conscientiæ non imponant, et ejus stimulos subsannent; cujus intimos cruciatus proditor vultus enunciat. Vide Gruteri, magni istius et eximii Philologi, Discurs. ad Tac. part. II. f. 78. et seqq.

704 *Et color albens*] Macrob. Sat. VII. 11. Cujus verba adduxi ad Terent. Phorm. I. 4.

714 *Præceptor Belia mihi*] Nescio qui veterum præclare certe dixit: *Ὥσπερ ὀργιζομένων ἡμῶν καὶ πυκτευόντων, καὶ πρὸς ἀλλήλους συγκρουομένων, χαίρει τε καὶ τέθηλεν ὁ διάβολος· οὕτως εἰρηνευόντων καὶ κρατούντων ὀργῆς, συστέλλεται πάλιν καὶ ταπεινοῦται. ὅ τε ἐχθρὸς εἰρήνης ὢν, καὶ πολέμιος ὁμονοίας καὶ βασκανίας πατήρ.* Vide Homerum de Ate.

716 *Virtutum regina Fides*] Consulas licet c. XI. ad Hebr.

730 *Extruitur media castrorum sede tribunal*] Respexit ad morem Romanorum, quo tribunal Imperatoris semper in castris cespititium. Ideoque mox additur vs. 736. 'Conscendunt apicem, mox et sublime tribunal,' et 'consistunt aggere summo.' Ammian. lib. XXIII. 'Ipse aggere glebali adsistens, coronaque celsarum circumdatus potestatum, talia ore sereno disseruit.' Lucanus de Cæsare: 'Stetit aggere fulti Cespitis, intrepidus vultu, mernitque timeri.' Tacit. Annal. I. 'Simul congerunt cespites, extruunt tribunal.' Vide Godschalc. Stewech. ad Veget. III. 9. Johan. Bernart. ad Statium fol. 208. Lips. de Milit. Rom.

743 *Tentoria apertis Cuncta patent velis*] Macar. Homil. XV. *Εἰ οὖν ἡ καρδία βάθος τι ἔχει ἀπέραντον, ἐκεῖ εἰσὶ τρίκλινοι, καὶ κοιτῶνες, θύραι, καὶ πρόθυρα, καὶ διακονίαι πολλαὶ, καὶ διέξοδοι. ἐκεῖ ἐστι τὸ ἐργαστήριον τῆς δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας. ἐκεῖ ἐστιν ὁ θάνατος, ἐκεῖ ἐστιν ἡ ζωὴ, ἐκεῖ ἐστιν ἡ ἀγαθὴ ἐμπορία καὶ ἡ ἐναντία,* &c. Ut a. omnia amice et concorditer conspirent in animo, nec ulla *ζυγομαχία ἢ διχοστασία* sit reliqna; Fidei unius opus est, quæ *παθῶν δεινῶν φυγαδευτήριον, ἢ ψυχῆς πολεμουμένης ὡς σάλπιγξ εἰρηνικῆς*, ut verbis utar Just. Martyris, Parænet. II.

753 *Sanctæ urbis*] *Ἡ θεοῦ ἱερὰ πόλις ὑπὸ Ἑβραίων Ἱερουσαλὴμ καλεῖται· ἧς μεταληφθὲν τοὔνομα, ὅρασίς ἐστιν εἰρήνης. ὥστε μὴ ζήτει τὴν τοῦ ὄντος πόλιν ἐν κλίμασι γῆς, (οὐ γὰρ ἐκ ξύλων ἢ λίθων δεδημιούργηται,) ἀλλ' ἐν ψυχῇ ἀπολέμῳ καὶ ὀξυδερκοῦσι προτεθειμένη. τὸν δὲ θεωρητικὸν καὶ εἰρηναῖον βίον· ἐπεὶ καὶ τίνα σεμνότερον καὶ ἁγιώτερον εὕροι τις ἂν οἶκον ἐν τοῖς οὖσι θεῷ, ἢ φιλοθεάμονα διάνοιαν, πανθ' ὁρᾷν ἐπειγομένην, καὶ μηδὲ ὄναρ στάσεως ἢ ταραχῆς ἐφιεμένην;* &c. Philo *περὶ ὀνείρ.* pag. 195. et seq.

755 *Publica sed requies privatis rure foroque Constat amicitiis*] Pax popularis, qua tam cives, quam pagani fruuntur, istud est vinculum, per quod respublica cohæret: ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura, nisi onus et præda, si mens illa imperii subtrahatur. Idem I. de Clem. At contra, ruunt omnia, ubi non hic tibicen ac destina: diffluunt, ubi non hoc coagulum. Quod Titus apprime norat; ideoque cum intra urbem dissensio et tumultus gravis, se convertit ad milites; 'Hoc,' inquiens, 'est tempus, sanetissimi commilitones, quod expectabam. Inter se hostes intra urbem tumultum serunt; foris cæduntur, intus digladiantur. Festinemus itaque, dum adhuc dissident, ne forte periculi metu in gratiam redeant.' Heges. III. 25. Quare 'cum concordia simul juncta vinci omnino

non possit, et, quicquid simul petitur a cunctis, Deus pacis pacificis exhibeat;' Cypr. Ep. I. 1. Οὐχ ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν, 'impia res est, inter se moliri mala.' Homer. Odyss. XVI. 'Discordia et intestinæ dissensiones nisi unde aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est.' Plaut. Persa sc. Satin' Athenæ.

756 *Scissura domestica turbat Rem populi*] O Di! vere et præclare historicorum uberrimus l. III. 'Factiones fuere, eruntque pluribus populis magis exitio, quam bella externa, quam fames, morbive, quæque alia in Deum iras, velut ultima publicorum malorum, vertunt.' Vide Scorii factum et consilium apud Fulgos. VIII. 10.

762 *Quod sapimus, conjungat amor*] Ἄριστον γὰρ ἡ ὁμόνοια, καὶ τὸ συμφρονεῖν ἀλλήλοις, quod ait quidam veterum. Vide c. XII. ad Roman. et 1 Cor. XIII. Isidor. Pelus. Ep. IV. 55. et 103.

Quod vivimus, uno Conspiret studio] 'Charitas fraternitatis vinculum est, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis.' Cyprian. Serm. de bono patient. Quod non ignorans Justin. Martyr epist. ad Zenam et Serenum scribit: Συναντᾷν γὰρ ἑαυτοῖς προσήκει τοὺς δύο, πρὸς τὴν εἰρήνην κατάγεσθαι σπεύδοντας. καὶ ὁ μὲν ἀδικήσας, πείθει διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὸν φίλον. ὁ δὲ ἀδικηθεὶς, μετανοήσει καὶ αὐτὸς, ὅτι πρὸς τὸν οἰκεῖον ὠργίσθη. Adi præsulem Hipponensem tom. X. operum, Serm. de temp. 166. 168. 169.

763 *Nil dissociabile firmum est*] Egregie profecto Philosophorum Coryphæus, polit. V. 5. Ἀσθενὲς τὸ στασιάζον: 'Infirmum, quicquid seditionibus obnoxium.' Chrysost. in c. XII. Matth. Homil. XLII. f. 388. Πᾶσα γὰρ βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθεῖσα οὐ σταθήσεται· καὶ πόλις καὶ οἰκία ἂν σχισθῇ, ταχέως διαλύεται. οὐ γὰρ οὕτως οἱ ἔξωθεν πόλεμοι, ὡς οἱ ἐμφύλιοι διαφθείρουσι. τοῦτο γὰρ καὶ ἐν σώμασι γίνεται· τοῦτο ἐν ἅπασι πράγμασιν. ἀλλὰ τέως ἀπὸ τῶν γνωριμωτέρων τὰ ὑποδείγματα ἄγει. καί τοι τί βασιλείας ἐπὶ τῆς γῆς δυνατώτερον; οὐδέν. ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται στασιάζουσα. εἰ δὲ ἐκεῖ τὸν ὄγκον τῶν πραγμάτων αἰτιῶταί τις, ὡς ἑαυτῷ συῤῥηγνύμενον, τί ἂν εἴποι περὶ πόλεως; τί δὲ περὶ οἰκίας; κἂν γὰρ μικρόν τι κἂν μέγα ᾖ, πρὸς ἑαυτὸ στασιάζον ἀπόλλυται. Nam 'concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur,' teste Micipsa apud Sallust. Et præclare Basil. M. Hexaëm. Homil. XI. Ἐνούμενον δὲ ἰσχυρότερον γίνεται. Unde Severus Imperator opulentiam regni sui ac prope invictam potentiam filiis suis, qui mutuis dissidebant odiis, commendans, οὐδὲν ὄφελος τούτων πασῶν ἔλεγε, στασιαζόντων πρὸς ἀλλήλους, τοῦ τε πολέμου ἔνδον ὄντος. Herodian. l. III. Historiolam de Sciluro videsis apud Plutarchum de garrulitate. Vere itaque Callimachus hym. in Dianam vs. 133. ait: Διχοστασίη ... καὶ εὖ περ Οἴκους ἑστηῶτας ἐσίνατο: 'Discordia etiam bene constitutas domos perturbavit.'

764 *Utque homini atque Deo medius*] Symbolum Athanasii de Christo. Basil. Seleuc. Orat. in annunciationem sanctissimæ Deiparæ. Lactant. IV. 25.

769 *Pax, plenum virtutis opus*] August. de Civ. Dei XIX. 11. 'Tantum est pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci: nihil postremo possit melius inveniri.' Plura invenies ibid. cap. 13. Verum hæc de æterna vita sunt accipienda. Nam veteri dicitur versiculo: 'Regnum cælorum requies est plena laborum.' Et apud Areopagitam lib. de divin. nominib. cap. 11. Justi vox citatur, qui εἰρήνην θείαν ἡσυχίαν καὶ ἀφθεγξίαν dixerit.

Pax summa laborum: Pax belli exacti pretium est] Euphrades Themistius Orat. V. Πολέμου γὰρ ἆθλον εἰρήνη. καὶ στρατεύονται οἷς ἀνάγκη, οὐχ ἵνα διὰ τέλους στρατεύοιντο, ἀλλ' ἵνα

ἀσφαλῶς ἡσυχάσωσιν. H. e. D. Remo interprete: 'Bello enim ceu præmium hoc propositum est, ut pax constituatur: et qui aliter non possunt, ideo belligerantur, non ut perpetuo bellum gerant, sed ut tandem tuto in pace conquiescant.' Confirmat Isidorus Pelus. Ep. IV. 70. δι' εἰρήνην καὶ ἀγάπην ἅπας πόλεμος, καὶ μάχη, καὶ διαφορὰ οἴχεται. Concordat cum hoc Ignatius: Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς ὁ πόλεμος καταλύεται. Consonat Thucydides lib. I. Ἐκ πολέμου γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται. Astipulatur Sallustius ad Cæs. 'Sapientes pacis causa bellum gerunt, et laborem spe otii sustentant.' Suffragatur quoque Romani flos eloquii, Offic. I. 'Ita bellum suscipiatur, ut nihil aliud, quam pax quæsita videatur.' Et Philipp. VII. 'Si pace frui volumus, bellum gerendum est: Si bellum omittemus, nunquam pace fruemur.' Conjunge Lactant. VI. 4. God. Stewech. ad prolog. l. III. Vegetii.

771 *Sidera pace vigent*] Aristidis Orat. tom. II. f. 336. Καὶ τὸν πάντα οὐρανὸν καὶ κόσμον, ὃς τὸ κάλλιστον ἁπάντων σχῆμα καὶ πρόσρημα εἴληφε, μία δήπου γνώμη καὶ φιλίας δύναμις διοικεῖ. καὶ μετὰ ταύτης ἥλιός τε πορεύεται, τὴν αὐτοῦ χώραν φιλάττων δι' αἰῶνος, καὶ σελήνης φάσματα, καὶ ἀστέρων φορὰ χωρεῖ, καὶ ὡρῶν περίοδοι, καὶ τάξεις ἑκάστων πρὸς ἄλληλα, καὶ ἀποστάσεις αἱ καθήκουσαι, καὶ πάλιν ἁρμονίαι φυλάττονται, νικώσης τῆς ὁμολογίας, διαφορᾶς δὲ οὐδεμιᾶς ἐνούσης οὐδὲ ἐγγιγνομένης, ἀλλὰ τῷ θεσμῷ πάντων συγκεχωρηκότων, καὶ μιᾷ γνώμῃ περὶ παντὸς τοῦ προσήκοντος χρωμένων.

772 *Non munus, ad aram Cum cupias offerre, probat*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 111. et 169. Cyprian. de simplicitate prælatorum, Augustin. tom. X. de temp. Serm. 168. 170. Vincent. Spec. XXIII. 101.

775 *Nec, si flammicomis Christi pro numine*] Cypr. l. d. Macar. Homil. XXVI. f. 341. Chrys. Hom. XXXII. et XXXIII. super 1 Cor. XIII. f. 607. et seqq. Saresber. VII. 24.

782 *Occasum lucis venia præcurrere gestit*] Isidor. Pelus. Ep. II. 189. Chrysost. super eundem locum Homil. XIV. f. 1123. et seq. et Homil. XVI. in Matth. Aug. tom. VIII. super Psalm. VI. 'Non occidat sol super iracundiam vestram: quod interiorem solem, id est, sapientiam Dei tanquam occasum in se pati arbitratur mens, quæ sua perturbatione illum videre non sinitur.'

791 *Latet et lupus ore cruento Vellere sub molli*] Lactant. V. 3. 'Videlicet homo subdolus voluit lupum sub ovis pelle celare, ut fallaci titulo posset irretire lectorem.' Autor homiliarum, quæ Chrysostomi operibus sunt adjunctæ, in c. VII. Matth. Homil. XIX. 'Quæ sunt vestimenta ovilia? Species videlicet simulatæ religionis. Eleemosyna simulata, vestimentum ovile est, non opus ovile. Oratio simulata, vestimentum ovile est, non opus ovile: et cæteræ species pietatis, quibus se vestiunt lupi rapaces. Nulla autem res sic exterminat bonum, quemadmodum simulatum bonum. Nam manifestum malum, quasi malum fugitur et cavetur: malum autem sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, nec cavetur, sed quasi bonum suscipitur, et ideo conjunctum bono, exterminat bonum. Sic servi diaboli tunc pessime Christianitatem corrumpunt, quando se simulant Christianos,' &c. Vide Cyprian. tract. VII. de simplicit. prælat.

794 *Fotinus et Arrius*] Osiander hist. Eccles. cent. IV. III. 9. et ibid. IV. 10. de Arrio cent. eadem I. 39. cent. V. I. 42. et alibi passim. Isidor. Pelus. Ep. II. 143. et IV. 166. D. Hieron. super c. I. ad Galatas.

795 *Immanes lupi*] Τῇ ἀληθείᾳ παρυφίστησιν ἀεὶ τὴν ἀπάτην διάβολος: 'Semper diabolus ad oppugnationem veritatis subornat errorem;' Chry-

sost. in c. VII. Matth. Homil. XXIV. Ibidem *συνεσκιασμένους* appellat propter subdolam blandiloquentiam: Lupos autem procul dubio, propter crudelitatem et persecutionem catholicorum; qua de multa Osiander locis prædictis.

798 *Casu concussus acerbo*] Virg. Æn. v. 869. 'Multa gemens, casuque animum concussus amici.'

799 *Secundis In rebus cesset gemitus*] Juxta illud Syracidis c. XI. *ἐν ἡμέρᾳ τἀγαθῶν, ἀμνηστία κακῶν.* Ad quod D. Hœschelius in notis f. 339. adducit hæc Gregor. Nyss. homil. in Pascha: *Τοῦτό ἐστι τὸ τῆς σοφίας ἀπόφθεγμα, ὅτι ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης ἀμνηστία κακῶν,* &c.

807 *Instituit Salomon*] 1 Reg. v. VI. VII.

819 *Intret inornatam*] Qui vero sit iste ornatus urbis in corpore purgato, perspicue exsinuat in Romano vs. 341. et seqq. aliquot in Symm. II. 310. Pie Lactantius in epit. divin. institut. c. VIII. 'Evacuetur omni labe pectus, ut templum Dei esse possit: quod non auri, nec eboris nitor, sed fidei et castitatis fulgor illustrat.' Vide ibid. c. 2. et 9. de Justitia v. 8. et 20. VI. 24. et 25. M. Minuc. Felic. in Octav. p. 73. Justin. Martyr parænet. II. *Οὐ βούλεται (ὁ Θεὸς) σωμάτων ἀλκὴν, καὶ τύπων εὐμορφίαν, οὐδὲ εὐγενείας φρύαγμα, ἀλλὰ ψυχήν τε καθαρὰν, ὁσιότητι τετειχισμένην.* Apud Hieroclem extat ille versus sub Dei persona, sane egregius: *Εὐσεβέεσσι βροτῶν γάνυμαι τόσον, ὅσσον Ὀλύμπῳ.*

825 *Metatura novum jacto fundamine templum*] Hæc omnia desumpta ex Apocalypsi c. XXI. ideoque ut mystice hæc intelligenda sint, vide apud interpretes Andr. Cæsariensem, Sebast. Meyer, Benedict. Aretium, D. Chytræum, et alios. De gemmarum, quarum hic mentio, vi, natura, ac varietate, consule Plin. nat. hist. XXXVII. 4. 7. 10. Et XXXVI. 5. VII. 8. et 9. De earundem mysterio lege Hieronymum in Esai. c. LIV. item Bedam super Apocalypsin præsenti capite. Atque inprimis de duodecim his gemmis in Logio pectoris Christi elegantem enodationem et dilucidam expositionem habet M. Johann. Grunius Noribergensis, in orat. de vestitu et ornatu sacerdotali Veteris et Novi Testamenti, habita Witebergæ, anno 1590. ad 17. Calend. Octobr. f. 78. et seqq. Vide et Exod. XXVIII. Joseph. Antiq. Jud. III. 11. D. Hieron. super Psalm. CXXXII.

845 *Seu fervor ephebos Incendat nimius*] Verum utique est, quod scribitur a Max. Tyrio, Dissert. XXVIII. *Πᾶν σῶμα ῥεῖ καὶ φέρεται ὀξέως εὐρίπου δίκην, ἄνω καὶ κάτω. νῦν μὲν ἐκ νηπιότητος εἰς ἥβην οἰδαῖνον, νῦν δὲ ἐξ ἥβης εἰς γῆρας ὑπονοστοῦν καὶ ὑποφερόμενον.* De infantia lege Lucr. v. 223. Cum quo conjunge Lactant. de opificio Dei c. 3. Juventutem cumprimis *τὸ ἐπιθυμητικὸν* possidet; cum 'Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.' Hinc apud Thebanum Vatem Pyth. IV. Pelias ad Jasonem: *Σὸν δὲ ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει.* Hoc est, quod in Troade Seneca inquiebat Agamemnon: 'Juvenile vitium est, regere non posse impetum. Ætatis alios fervor hic primæ rapit,' &c. Quibus non abludunt illa Nutricis in Octav. vs. 186. 'Juvenilis ardor impetu primo furit.' Accommodate igitur Chrysostom. *Πρὸς θυμὸν καὶ πρὸς ἐπιθυμίας εὐέμπτωτος μᾶλλόν ἐστιν ὁ νέος. διὸ καὶ πλείονος δεῖται τῆς φυλακῆς, σφοδροτέρου τοῦ χαλινοῦ, ἀσφαλεστέρου τοῦ τυχίου, καὶ τοῦ κωλύματος.* Apud Stobæum Serm. 265.

847 *Algida Borræ Ætas*] *Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος τῆς ἡλικίας, ἔφη, τὸ μὲν ἀκμάζον, ἔαρ εἶναι, θέρος δὲ καὶ μετόπωρον τὸ μετὰ τὴν ἀκμὴν, χειμῶνα δὲ τὸ γῆρας:* 'Eratosthenes ætatis partem vigentem ver esse dicebat; eam autem partem, quæ vigori et flori succedit, æstatem et autumnum: et hyemem

senectutem. Stob. Serm. 263. Ita et Solon interrogatus, quid senectutem esse putaret; τοῦ ζῆν χειμῶνα, 'vitæ hyemem,' respondit. Ibid.

848 *Vocet ad pia sacra senectam*] Juxta tritum Vulgi sermone versiculum: Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

868 *At domus interior septem subnixa columnis*] Proverbiorum IX. 1. 'Sapientia ædificavit sibi domum. Excidit columnas septem.' Ibi Divus Hieronymus: 'Sapientia ædificavit sibi domum: quia hominem Filius Dei, quem in unitatem suæ personæ susciperet, ipse creavit. Excidit columnas septem. Ecclesias per orbem septiformi gratia Spiritus erexit, quæ domum Dei, i. e. mysterium incarnationis ejus, ne perfidorum improbitate memoria tolleretur, credendo, colendo, et prædicando quasi sustentando continerent. Vel certe sapientiæ domus Ecclesia Christi est, ex lapidibus vivis, h. e. sanctis, in tabernaculum sibi constructa. Columnæ autem doctores sanctæ Ecclesiæ septiformi spiritu pleni; quales fuerunt Jacobus, Cephas, et Johannes: quas nimirum columnas Sapientia excidit: quia ab amore præsentis sæculi disjunctas, ad portandam ejusdem Ecclesiæ fabricam, mentes prædicantium erexit.' Vide D. Bernard. tractat. De interiori domo, c. VII. et seqq.

870 *Quarum*] Adi D. Hieron. tom. I. Epist. 17. ad Marcellam, fol. 57. a.

879 *Sed lignum vivum est*] Adi Justin. Martyr. in Dial. contra Tryphonem f. 244. et seqq. And. Cæsariens. in Apoc. Joh. c. LXVIII.

882 *Intertexta rosis candentia lilia*] Hi flores videntur a natura sic sociati, ut propemodum sint individui; ut apud Hieronymum; 'Jungitur ei germana, rosarum et liliorum calathus, eboris ostrique commercium.' Et hic Sapientiæ sceptrum ornatur rosis, quibus mixta sunt lilia. Carol. Paschal. Coron. III. 8.

884 *Hujus forma fuit sceptri gestamen Aaron*] Just. Martyr. Ῥάβδος ἡ Ἀαρὼν βλαστὸν κομίσασα ἀρχιερέα αὐτὸν ἀπέδειξε· ῥάβδον ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ γενήσεσθαι τὸν Χριστὸν, Ἡσαΐας προεφήτευσε. August. de temp. Serm. 99. 'Omnes ergo principes tribuum habeant necesse est virgas suas; sed unus est solus, sicut scriptura dicit, verus pontifex, cujus ille Aaron sacerdos præferebat figuram. Hujus ergo virga germinavit. Sicut enim virga Aaron germinavit in populo Judæorum; ita crux Christi floruit in populo gentium. Verum quia verus Pontifex Christus est, ipse solus est, cujus virga crucis non solum germinavit, sed et floruit, et omnes credentium populorum fructus exhibuit. Quis autem iste fructus est, quem attulit? Amygdalas, inquit. Amygdalæ, Fratres, nuces sunt. Qui fructus primo quidem indumento amarus est, sequenti munitur ac tegitur, tertio sumentem pascit et nutrit. Talis ergo est, in Ecclesia Christi, doctrina legis et prophetarum. Prima literæ facies satis amara est, quæ quidem circumcisionem carnis præcipit, quæ de sacrificiis mendat, et cætera, quæ per occidentem literam designantur. Hæc omnia, tanquam amarum nucis corticem, projice. Secundo in loco ad munimenta tecta pervenies, in quo vel moralis doctrina, vel ratio continentiæ designatur. Quæ necessaria quidem sunt ad custodiam eorum, quæ servantur intrinsecus: frangenda tamen quandoque et sine dubio dissolvenda sunt, &c. Tertio autem loco reconditum velut in nuce invenies secretum, mysteriorum sapientiæ ac scientiæ Dei sensum, quo nutriantur et pascantur animæ sanctæ, non solum in præsenti vita, sed etiam in futura. Ipse enim est pontificalis fructus, de quo promittitur his, qui esuriunt et sitiunt justitiam, quia ipsi saturabuntur,' &c. Vide reliqua. He-

gesippi verba qui omittam? Ait v. 2. ‘Ante et virga sacerdotalis floruit, recisa de silvestri radice: nunc et fides aret, et sepulta est pietas, et abiit omnis virtutis æmulatio.’ Ambros. de Virginib. I. p. 1. et Epist. X. 82. Philo lib. II. de Vita Mosis.

890 *Cor vitiorum stercore sordet*] Macar. Homil. XV. Ὥσπερ ἐὰν ᾖ παλάτιον μέγιστον, καὶ τοῦτο ἐρημωθῇ, καὶ πληρωθῇ πάσης δυσωδίας, καὶ νεκρῶν πολλῶν. οὕτω καὶ τὸ παλάτιον τοῦ Χριστοῦ ἡ καρδία ἐστὶ, καὶ γέμει πάσης ἀκαθαρσίας καὶ ὄχλων πολλῶν πονηρῶν πνευμάτων. Item Homil. 28. Ὥσπερ οἶκος, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὸν δεσπότην κατοικοῦντα, σκότος, καὶ ἀτιμίαν, καὶ ὕβριν ἐνδύεται, καὶ ῥυπαρίας καὶ κοπριῶν ἐμπέπλησται· οὕτω καὶ ψυχὴ ἡ μὴ ἔχουσα τὸν δεσπότην αὐτῆς μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐν ἑαυτῇ χορεύοντα, σκότους ἁμαρτίας, καὶ αἰσχύνης παθῶν, καὶ πάσης ἀτιμίας ἐμπίμπλαται. Ibidem, Ψυχὴ ἔρημος οὖσα καὶ δυσωδίας παθῶν ἐμπεπλησμένη, καταλυτήριον κακίας τυγχάνει: ‘Anima deserta, ac fœtore affectionum scatens, diversorium existit vitiorum.’ Vide eundem Homil. I. pag. 9. Nazianzen. orat. funeb. patris: τῆς ἐπιθολούσης τὸν νοῦν ἰλύος ἀπηλλαγμένος; ‘Immunis a luto mentem demergente.’ Cercidas Megapolites apud Stobæum: Ὧν τὸ κέαρ Πηλῷ σέσακται, καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί. ‘Quorum est mens farta luto, et fæce, quam vix eluas, immergitur.’ Confer H. Jun. cent. II. adag. 69. ‘Cœni agitator.’

894 *Sudare alternis conflictibus*] Enucleat hæc distincte Macar. Homil. XXXII. Καὶ ἐν τῷ μάχεσθαι τῇ συνηθείᾳ εὑρίσκεις λογισμοὺς ἀντικειμένους σοι, καὶ μαχομένους τῷ νῷ σου, καὶ ἕλκουσί σε οἱ λογισμοὶ, καὶ ῥεμβάζουσιν, ὅθεν ἐξῆλθες εἰς τὸ φαινόμενον. ἄρχῃ λοιπὸν ποιεῖν ἀγῶνα καὶ πόλεμον, λογισμοὺς κινῶν πρὸς λογισμοὺς, νοῦν πρὸς νοῦν, ψυχὴν πρὸς ψυχὴν, πνεῦμα πρὸς πνεῦμα. καὶ λοιπὸν ἐκεῖ αἰωνία ἡ ψυχή. ἀποκαλύπτεται γὰρ κεκρυμμένη τις καὶ λεπτὴ δύναμις τοῦ σκότους, ἐγκαθεζομένη τῇ καρδίᾳ· Καὶ ὁ Κύριος ἐγγὺς τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματός ἐστιν ὁρῶν τὸν πόλεμόν σου, &c. Genuina his habet Homil. III. pag. 32.

899 *O quoties animam*] Autor tractatus de pugna animæ, qui tom. II. operum Aug. annectitur: ‘Quotquot Sp. Dei aguntur, hi sunt Filii Dei. Si autem spiritu aguntur, pugnent; quia magnum habent adjutorem. Non enim Deus nos sic spectat pugnantes, quomodo spectat populus venatores. Populus venatori favere potest, periclitantem adjuvare non potest. Ὁ Κύριος δὲ ἐγγὺς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματός σου ἐστιν, ὁρῶν τὸν πόλεμόν σου, καὶ κρυπτοὺς λογισμοὺς οὐρανίους ἐντίθησί σοι, καὶ ἄρχεται ἀναπαύειν σε ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀφίησι δέ σε τέως παιδευθῆναι, καὶ εἰς αὐτὰς τὰς θλίψεις οἰκονομεῖ σε ἡ χάρις. Macar. Homil. XXXII. pag. 424. Consule ibid. Homil. XXXI. ‘Quia ergo quotidie nobis et vobis pugna imminet contra adversarias potestates, si volumus vincere, manus nostræ, i. e. actus nostri, et conversatio nostra non sit in terris: sed sicut Apostolus dicit, super terram ambulantes conversationem habeamus in cœlo, quia populus Dei non tam manu et armis, quam voce pugnabat et lingua, i. e. orationem ad Deum fundebat. Ergo et tu, si vis vincere, audi Apostolum dicentem, Orationi insistentes et vigilantes in ea. Hæc est Christiani pugna gloriosissima, non in suis viribus præsumere, sed semper Dei auxilium implorare.’ August. tom. X. de temp. Serm. 93.

902 *Cessisse stomacho*] Gilbert. Cognat. cent. XIV. adag. 1301.

904 *Viscera limo Effigiata premunt animum*] Procul dubio exprimit illud Sapientiæ IX. 15. Φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχὴν καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφροντίδα. August. tom. IX. fol. 600. ‘Mortalitas ipsa aggravat animam; et corpus, quod corrumpitur, premit ad inferiora.’ Lac-

tant. de vera sapient. IV. 24. ‘Nec enim mens, terrenis visceribus inclusa et tabe corporis impedita, aut comprehendere per se potest, aut capere veritatem, nisi aliunde doceatur.’ Et VII. 1. ‘Hebetatur acies lectorum terrenis cupiditatibus; quæ sensus omnes gravant, imbecillesque reddunt.’ Vide Boëth. Met. I. 7. et v. 3. sup. Cathem. X. 25.

905 *Contra ille*] Delineat illa Galat. V. 17. ‘Η γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, &c. Confer Hamartig. vs. 511. et seqq. August. tom. VIII. super Psalm. CXLIII. f. 1655. et seq.

907 *Æstuat et sordes recusat*] Pellege tractatum de conflictu vitiorum et virtutum, qui extat tom. VIII. operum Augustini, f. 1028. Et Vincent. specul. XXIII. 50. et seqq.

910 *Donec præsidio Christus Deus adsit*] Μόνη ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνεια δύναται καθαρίσαι ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ ἰᾶσθαι τὰ πάθη καὶ τὰς νόσους τῆς ψυχῆς. Macar. Homil. XLV. Οὗτος δύναται καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἔρημον καὶ ἀγριωθεῖσαν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μεταβαλεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα, καὶ χρηστότητα, καὶ εἰρήνην τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ καὶ ἀγαθῷ. Idem Homil. XLIV.

AD LIB. I. CONTRA SYMMACH.

PRÆF. 7 *Actus turbinibus*] Actor. XXVII. et Chrysostomus ibid. Homil. LIII.

15 *Tunc de littoreis sepibus algidi Arentum*] Act. XXVIII. Chrysost. Homil. LIV. Ambros. Hexaëm. VI. 6.

28 *Spicula dentium*] Trifidam habent serpentes linguam, ad instar hamatæ sagittæ. Plin. XI. 37. ‘Linguæ non omnibus eodem modo. Tenuissima serpentibus et trisulca; vibrans, atri coloris, et, si extrahas, prælonga.’ Virgil. Georg. III. 439. ‘Linguis micat ore trisulcis.’ Ovid. Met. III. 32. ‘Martius anguis erat, cristis præsignis et auro; Tresque micant linguæ.’ Seneca Medea vs. 686. ‘Hic fera serpens corpus immensum trahit, Trifidamque linguam exsertat, et quærens, quibus Mortifera veniat.’ Isidor. ‘Nullum animal in tanta celeritate linguam movet, ut serpens; adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit.’ Aristot. II. de partib. animal. cap. ult. bisulcam serpentibus tribuit. et Albert. Magn. Hinc Plaut. Asinar. ‘Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.’ Et Persa: ‘Tanquam proserpens bestia est bilinguis et scelestus.’ Et Pœnulo: ‘Qui huc venisti nos captatum Migdilibs bisulca lingua, quasi proserpens bestia.’ Erit autem *Migdilibs* pro *Migdilibys*, mixtus Libys, ut illum mixti generis significet, et bilinguem, i. e. δίγλωττον et μιγάδα, quales erant Carthaginenses. Maro Æn. I. ‘Quippe domum timet ambiguam Tyriosque bilingues.’ Nam Carthaginenses et lingua Tyriorum et Afrorum utebantur. Duplici autem lingua qui utuntur, infideles et veteratores improbique habentur. Itaque Hannonem, ut bilinguem, dicit esse bisulca lingua, quasi proserpentem bestiam. Turneb. IX. 24. Paulo post hic vs. 39. acumina appellat oris patuli. Vide Ambros. lib. de Paradiso c. 12. Hamart. vs. 589.

32 *Virus pestiferum*] Plin. VIII. 23.

81 *Qui cunctis veniam das pereuntibus*] Isidor. Pelus. Ep. IV. 14. Ἡ πάντων βασιλεύουσα φύσις τοῖς πεσοῦσι δεξιὰν σωτήριον ὀρέγει, καὶ συγγνώμην μετανοοῦσι νέμει.

LIB. I. 1 *Vitiis ægram urbem*] Demosthen. ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς. Et, αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν. Varro lib. I. de Vita pop. Rom. ‘Distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis, atque ægrotare incipit et consenescere.’ Variis vero modis ægrotare civitates, Vir magnus, P. Faber docet Semest. I. 9. ‘Impietas’ autem ‘morborum maximus.’ Optime Hermes c. XII. Νόσος μεγάλη ψυχῆς, ἀθεότης. ἔπειτα δόξα εἰς

πάντα τὰ κακὰ ἐπακολουθεῖ καὶ ἀγαθὸν οὐδέν.

30 *Esset Publica res tunc fortunata satis*] Hæc illa tantis præconiis concelebrata gnome, vere gemmis, Orientis opibus, et auro contra (judicio V. C. Georgii Remi) habenda, quam quinto de Repubi. et Ep. VII. ad Architam ὁ πάνσοφος Πλάτων recondidit. Quam inde Justin. Mart. mutuatus est, apolog. II. pro Christian. Ἔφη γάρ που καί τις τῶν παλαιῶν· Ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι. Et alii insuper; ut Lactant. III. 21. Boëth. I. Prosa 4. Cic. Offic. I. et ad Q. fratrem Ep. I. et I. Famil. Epist. penult. Val. Max. VII. 2. Sarcsbcr. IV. 6. Agapet in Scheda Regia § 17. Zehner. cent. V. ad. 35. D. Hieron. tom. VI. p. 57. b. Nazianz. Ep. II. ad Themist. et Themist. Euphrades Orat. I. sub finem. Senec. Ep. LXXIV. Et nobilis hæc sententiola semper in ore M. Antonini Philosophi fuit: 'Florere civitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.' Capitolinus. Poëtæ fingunt, fuisse in fatis, 'Evertendam esse Trojam, ablato Palladio.' Quo significarunt, tamdiu stare ac florere Respublicas, quamdiu ibi regnet Pallas, i. e. sapientia et consilium: ea amissa, illas concidere ac everti. Bucholc. in Chronolog. p. 271. Greg. Richter. axiom. Polit. c. XXXII. quem vide et c. LIV. ut quoque Camerar. meditat. hist. cent. III. c. 46. et cent. II. c. 51. Musonii bonum est pronunciatum: Μὴ οἷον ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον προσήκειν φιλοσοφεῖν, ἢ τῷ βασιλεῖ· μήδ' ἄλλου τοῦ χάριν μᾶλλον, ἢ ὅτι βασιλεὺς τυγχάνεις ὤν. δεῖ μὲν γὰρ δή που δύνασθαι τὸν βασιλέα σώζειν ἀνθρώπους καὶ εὐεργετεῖν. τὸν δέ γε σώσοντα καὶ εὐεργετήσοντα χρὴ ἐπίστασθαι, τί μὲν ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ, τί δὲ κακόν· καὶ τί μὲν ὠφέλιμον, τί δὲ βλαβερὸν, καὶ συμφέρον γε καὶ ἀσύμφορον. Sed et simile dictum est apud Sirac. X. 'Cum potentes sapiunt, florent urbes: ubi prudens est magistratus, ibi omnia suo ordine procedunt.' Atque hinc est, quod Callimachus scribit, 'ab Apollinis capillo salutem et incolumitatem destillare; quibus guttulis irrigatæ civitates perpetuo floreant:' Hymn. in Apoll. II. 39. Ita Romani, cum de Imper. eligendo quæreretur, acclamarunt: 'Quis melius, quam litteratus, imperat?' Vopiscus. Et 'inter Persas nemo rex fieri poterat, nisi Magorum disciplina esset imbutus.' Plato in Alcib. Et scribit Capitolin. 'Provincias sub Antonino Pio omnes floruisse.' 'Qui sane,' ut habet Aurel. Victor, 'plane docuit, eo demum fortunatas urbes fore, si regna sapientiæ:' alludens dictum Platonis. Casaubon. in Not. ad Capitol. pag. 112. Vide Funccii Chronolog. pag. 125. de Alfredo, rege Northumbriæ doctissimo: et Georg. Schönborn. Polit. II. 32.

33 *Qui diadema sortiti, ætheriæ*] Vide insignem Car. Paschal. Coron. V. 10.

37 *Justitia regnante*] Salomon Prov. XVI. 25. 'Abominabilis regi est impietas; nam justitia stabilitur thronus.' 'Non tantum apud Medos, ut ait Herodotus, sed etiam apud majores nostros servandæ justitiæ causa videntur olim bene morati reges constituti,' inquit Cic. Offic. II. Hinc Pædalii, gens Indica, suis in sacrificiis nihil aliud, præter justitiam, a Diis precabantur. Stob. Serm. IX. At vero 'remota justitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia?' Augustin. de Civ. Dei IV. 4.

46 *Occultate senem*] Justin. Martyr. cohortat. II. ad Græc. Virg. Æn. VIII. 319. Ovid. Fast. I. 235. Homer. Iliad. VIII. Macrob. Sat. I. 8. Lactant. I. 14. Bergomens. lib. IV. Chronic. pag. 43. a. Hesiod. in Theogon. vss. 160. et 488. Supra περὶ στεφ. X. 208. Natal. Com. II. 2. M. Minuc. Octav. p. 51.

50 *Procudam chalybem*] Unde non injuria δρέπανον seu falcem ipsi tribuunt. Alii tamen aliam ob causam. Natal. Com. II. 2. Theodoret. l. III. Græcar. affect.

53 *Cælo genitus*] Hesiod. Theog. vs. 137.

56 *Equina libido*] Basil. M. Hexaëm. Homil. X. Ὁ θηλυμανὴς οὐκ ἔστιν ἵππος ἐπιμαινόμενος; Ἵπποι γάρ φησι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζε. Et pag. 102. Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν οἱ ταῖς γυναιξὶ τῶν πλησίον ἐπιμαινόμενοι. Rursus pag. 116. Νῦν μὲν, ὡς ἵππος θηλυμανὴς χρεμετίζων ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ.

61 *Nunc bove subvectam*] I. e. Europam. Ovid. Met. II. Homer. Iliad. XIV. Lactaut. I. 11. Palæphatus, Theocritus Idyll. XX. Nonn. Dionys. I. pag. 11. et III. pag. 102. et VII. pag. 209. et XVI. p. 440. et alibi. Anacreon de Europa, pag. 165. Justin. Mart. cohortat. II. ad Græc. p. 30. Senec. Hippol. vs. 302. et Octav. vs. 755. Bergomens. l. IV. Chron. p. 42. b.

62 *Nunc tenera pluma levior*] Supra περὶ στεφ. X. 221. Nonn. Dionys. l. VII. p. 209. Ὄγδοος ἔμφρονα κύκνον ἄγει γυμνόχροϊ Λήδῃ. Justin. Martyr. cohortat. II. ad Græc. p. 30. ἐπτενοῦτο δὲ παρὰ Λήδᾳ. Senec. Octav. vs. 750. Theodor. l. III. Græcar. affect. Athenæus lib. XIII. p. 566. Fulgent. lib. II. mythol. Cæsar German. in Arati Phænom. ubi de Cygno p. 189. Meurs. ad Lycoph. p. 124.

63 *In morem recinens suave immorientis oloris*] Senec. Hippol. vs. 300. 'Candidas ales modo movit alas, Dulcior vocem moriente cygno.' Cæterum olorum morte narratur flebilis cantus; falso (ut opinor) aliquot experimentis, ait Plin. X. 23. Negat Ælianus quoque se de eo quicquam affirmare posse, II. 32. Nazianz. orat. 2. de Theologia, et Carm. ad Nemes. vs. 109. cantilenam illam cygnum expansis ad auras alis efficere, scribit: quod ore modulari videri possit. εὐφωνίαν eidem tribuit Chrysost. in cap. II. ad Phil. Plato Phædone. Aristot. hist. animal. IX. 12. Cic. Tusc. I. Lucian. Timone, et de Electro. Horapollo Hieroglyph. II. 39. ubi vide Hœschel. pag. 199. et Notas Trist. V. 1.

66 *Per tectum dives amator, Imbricibus ruptis*] Vide Comment. Terent. Eunuch. III. 5. p. 211. Seneca Octav. vs. 760. et 200. 'Vertit in omnes Dominus cæli Divumque pater: et modo pinnas Sumsit oloris; modo Sidonii Coruna tauri; aureus ideni Fluxit in imbri.' Bergomens. lib. IV. Chron. p. 52. a. S. Columban. Carm. III. ad Fedolium. et ibid. eruditiss. Goldastus. D. Hieron. tom. II. Ep. 56. p. 156. a. Just. Mart. II. cohortat. ad Græc. p. 30. Natal. Com. VII. 18. Jul. Firm. Matern. de errore prof. relig. p. 36. Augustin. de C. D. VII. 26. et XVIII. 13. Hygin. fab. 63.

69 *Armigero*] I. e. Aquila. Ovid. Fast. v. 732. 'Grata Jovis fulvæ rostra videbis avis.' Supra περὶ στεφ. X. 233. Plin. X. 3. Jacob. Philipp. Bergomensis Chronic. lib. IV. p. 52. b.

Curante rapinam] Natal. Com. II. 5. et IX. 13. Nonn. l. XXV. p. 666. et seq. et l. XXXIV. sub finem. et l. XXXI. p. 798. et alibi. Justin. Mart. cohortat. II. ad Græc. p. 30. Ovid. Met. X. 155. Fulgent. lib. II. mythol. Cæsar German. in Arati Phænom. ubi de Aquila p. 191.

71 *Magis indignante sorore*] I. e. Junone, Nonn. l. XXV. p. 668. Anthol. I. 83. Epig. Aristonis vel Hermodori. Natal. Com. II. 5.

72 *Sæcla aureâ*] Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμερ. I. Ovid. Met. I.

86 *Expertes furandi homines, hac imbuit arti*] Phornutus Mercurium ait furandi artem invenisse, quod et Suidas asseverat. Lactant. I. 10. Homer. hym. in Mercur. Natal. Com. V. 5. Horat. Carm. I. 10. Fulgent. mythol. lib. I. Bergomens. Chronic. III. p. 33. b.

90 *Sumtæ moderamine virgæ*] Um-

brarum ductorem Mercurium fuisse, creditur. Unde ψυχόπομπος, 'Manium ductor,' et πομπαῖος dictus. Hinc apud Val. Max. quædam haustu veneni moritura, fusis Mercurio libamentis, ejusque invocato nomine, oravit ut se placido itinere in meliorem sedis infernæ partem deduceret. Horat. Carm. I. 10. Turneb. XXV. 5. Hieron. Mag. miscell. IV. 11. Homer. Odyss. XXIV. Natal. V. 5. Fulgent. l. I. mythol.

Virgæ] Ab aurea virga dicitur χρυσόῤῥαπις Ἑρμῆς. Turneb. XI. 28. Apul. Met. X. de Mercurio: 'Puer luculentus nudus, nisi quod ephebi chlamyde sinistrum tegebat humerum, flavis crinibus conspicuus. Inter comas ejus aureæ pinnulæ simul conjunctæ prominebant cum caduceo et virgula.' Stat. Theb. I. vs. 313. H. Jun. cent. IV. adag. 81. Adi P. Fabrum Agonist. I. 19.

96 *Murmure nam magico*] Joh. Kirchman. de funerib. Roman. III. 23. Alberic Gentil. lect. Virgilian. c. 16. p. 152. Joban. Meurs. in Spicileg. Theocr. ad Idyll. II. p. S. Gulielm. Forner. Not. ad Cassiodor. p. 272.

100 *Simulans per nubila ferri*] Virg. Æn. IV. 239. Natal. Com. l. d. Cæterum alæ in capite et talaria in pedibus velocia atque alata Mercurio tribuuntur; ut significetur, partim volucrem per aëra ferri sermonem; unde Homerus ἔπεα πτερόεντα appellavit; partim acutissimum et oratione et ingenio ad res celerrime inveniendas et explicandas Oratorem esse debere. Hinc Ammian. Marcell. scribit, Julianum Cæsarem media nocte, ut Mercurio supplicaret, exsurgere solitum, quo menti suæ lumina præferret; quia Mercurium velociorem in mundo sensum esse, motus mentium excitantem, quem vulgo intellectum agentem vocant, ex philosophorum arcanis acceperat. Adi Fulgent. mytholog. lib. I. pag. 132. b.

103 *Augustaque Numæ præfulget in arce*] Fab. Priapus, nomine Mutini cultus a Romanis, in templis stabat æneus: in hortis iligneus, quercinus, aut ficulnus. Hunc circumscribit Victorin. Massil. lib. III. 'Dones per species sese dementia cunctas Perderet, ut rebus minimis membrisque pudendis Nomen inane Dei, mundo ridente, daretur.' Dubium est autem, num 'arcem Numæ' vocet montem Janiculensem, in quo Numa sepultus est; an Palatinum, sub quo habitavit; cujus etiam domus in Vestæ templum mutatum est. Turpe esse, ait, in religiosi et boni regis urbe videri simulachrum fœdum et pudendum. Templum autem Priapi in urbe fuisse, alibi non legi: nam aut juxta muros fuit, aut in ipsis suburbiis. hortorum enim custos est habitus, eoque nomine cultus.

106 *Scortator nimius*] Ovid. Fast. VI. 333. Tiraquell. connubial. IV. § 18. Lactant. I. 21.

111 *Hic Deus, et patrio prænobilis Hellesponto*] Natal. Com. V. 15. Schopp. in Priapeiis p. 13. P. Victor var. lect. XXXIV. 19.

112 *Sacris cum turpibus*] Quæ Ithyphallica dicebantur. Joh. Baptist. Pius annotat. post. c. 156. tom. I. Crit. p. 542. &c. 146. p. 531. et Schopp. in Priap. p. 14. et 15.

Adusque Italos hortos] Hortis enim præficiebatur. Schopp. ibid. p. 15. Fr. Florid. Sabin. Succis. lect. I. 6.

113 *Sinum lactis*] Respexit ritum sacrorum, qui talis; ut inferorum et minorum Deorum sacrificia lacte perfunderentur. Metam. VII. 247. 'Tum super invergens tepidi carchesia lactis.' Propert. l. III. 'Interea nigras pecudes promittite Diti, Et nivei lactis pocula mista mero:' Seneca Œdip. 'Libat et niveum insuper Lactis liquorem fudit, et Bacchum manu læva.' Arguit hunc ritum Arnob. lib. VII. Vide et Schopp. l. d. p. 20.

114 *Ruris servat vineta Sabini*] Nec enim hortos solum, verum et poma-

ria, vineas, et agros tuebatur. Schopp. ibid. p. 16. Lactant. II. 4.

115 *Turpiter adfixo*] Tradit Eustath. 'Priapum et Silenos Bacchi comites dici; quod ebrii salaces sunt.' Alii fabulantur, ipsum Dionysii, qui et ipse Bacchus est, ac Veneris filium esse; quod qui vino indulgent, sint ad Venerem proniores, ut tradit Diod. Sicul. l. v. Biblioth. Cui accedens Pausanias l. IX. Bæot. autor est, Lampsacenos dicere, 'Priapum ipsum Dionysii ac Veneris esse filium.' Quod et Stephanus et Apollonii interpretes lib. I. Argonaut. tradiderunt. Ex Bacchi itaque fabula hic illud fortasse traductum est; 'qui ut fidem Polymno datam solveret,' ut ait Arnob. lib. v. 'Ficorum ex arbore ramum validissimum præsecans dolat, runcinat, lævigat, et humani speciem fabricatur in penis.' Johan. Meurs. Exercit. Crit. cap. 7.

119 *Et Hylan pereuntem quærere cælebs*] Theocrit. Idyll. XIII. Hygin. fab. XIV. pag. 6. b. et fab. 271. Apollodor. l. I. Natal. Com. VII. 1. Erasm. adag. 'Hylam inclamas.' Nonn. Dionys. l. XI. p. 308. Οὐ τόσον Ἡρακλέης δρόμον ἤννεν, ὁππότε νύμφαι Ἄβρον Τλαν φθονεροῖσι κατεκρύψαντο ῥεέθροις, Νυμφίον ἱκμαλέῃ πεφυλαγμένον ἅρπαγι κούρῃ. Jul. Firm. Matern. de errore prof. relig. p. 36. 'Herculem videat Hylam impatienti animo quærentem.'

120 *Saliis*] Turneb. XIII. 8. Quæramus, cur lib. VIII. Æneid. Herculi Salios tribuat, qui tamen erant Martis Gradivi. Sic enim scribit: *Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt evincti tempora ramis.* Constat profecto e veteribus monumentis Saliorum autorem fuisse Salium Arcadem, qui in Italiam cum Evandro venerat. Igitur cum ante Romam conditam ad aram maximam instituta fuissent ab Evandro Herculi sacra; verisimile est, Salium tum ei choros instituisse. Urbe autem condita, ad Gradivum Martem eos postea choros Numa, ut opinor, transtulit, Romanæ gentis autorem. Aliam affert etiam causam Macrob. Sat. I. 12. longe repetitam; quam, qui volet, sequatur. Fuere porro Saliorum duo chori; unus senum, alter juvenum. Maro ibid. 'Hic juvenum chorus, ille senum.' Vide et Macrob. III. 12. Livium dec. I. lib. I. Scholiast. Juven. Sat. II. p. 19. b. Joh. Kirchman. de funerib. Rom. IV. 14.

Domus Pinaria] Virg. Æn. VIII. 270. Vide ibi Servium. Macrob. Sat. III. 6. et Liv. lib. I.

122 *Thebanus juvenis*] Antipater Bacchum et Herculem fuisse Thebanum ait: Ἀμφότεροι Θήβηθε, καὶ ἀμφότεροι τολεμισταὶ, Κὴκ Ζηνός· θύρσῳ δεινὸς, ὁ δὲ ῥοπάλῳ.

Superatis Indis] Dionys. in περιηγήσει: Αὐτὸς δ' ὁππότε φῦλα κελαινῶν ἄλεσεν Ἰνδῶν, Ἡμωδῶν ὀρέων ἐπιβήσατο. Nonn. in Dionys.

125 *Cum semiviro comitatu*] Eurip. in Bacchis. Pertinet huc illud Himerii, apud Photium in Biblioth. p. 607. Ἦλθεν ἐπ' Ἰνδοὺς ὁ Διόνυσος, γένος τὴν Διονύσου χάριν ἀρνούμενον. ἦν δὲ ὁ μὲν στρατὸς, βάκχαι καὶ σάτυροι· τὰ δὲ ὅπλα, νεβρίδες καὶ θύρσοι, &c. Fab. Bacchi Thyades seu sacrificulæ, furiosum feminarum agmen, nodos seu tænias habebant de serpentibus, ut Horatius: item cingula, ut Catullus: serpentes manibus gestabant, ut Porphyrio: eosdem ore et dentibus laniarunt, ut Prudentius scribit. Ea temeritas Bacchi beneficio illis sine fraude, et nociva non fuit.

126 *Multo se proluit haustu*] Drepan. Psalm. XXII. 'Lucifluusque calix pleno me prolnat haustu.'

128 *Bijugum ferarum*] Ovid. Met. IV. 24. Statius Theb. IV. 652.

129 *Baccho caper omnibus aris Cæditur*] Hircum seu caprum mactabant Dionysio seu Baccho; quod hoc genus animalis maxime vites rodat. Ovid. Pont. II. 9. et ibid. notæ. Fast.

I. 353. Anthology. I. cap. *εἰς ἀνταπόδοσιν.* Martial. lib. V. Epig. Natal. Com. V. 13. Politian. Miscell. XXVI. Gyrald. hist. Deor. syntag. XVII. ubi et hunc nostri Prudentii locum adducit.

130 *Et virides discindunt ore chelydros*] Eurip. Bacchis vs. 698. *καὶ καταστίκτους δορὰς Ὀφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσαν γένυν.* Vide Girald. hist. Deor. syntag. VIII. in Evan, p. 274. Natal. V. 13. p. 487.

132 *Satyrorum insania fecit*] Ovid. Met. III. 670. 'Sive hoc insania fecit, sive timor.'

134 *Mœnadas inflammante mero*] Natal. Com. V. 13. p. 487. Scholiast. Juvenal. Sat. VI. Fulgent. mythol. lib. II. p. 139. b.

136 *Invenit expositum*] I. e. Ariadnem. Ovid. Epist. Ariadnes ad Thesea. Statius Silv. I. Epithal. Stellæ: 'In littore Naxi Theseum juxta foret hæc conspecta cubile, Gnosida desertam profugus liquisset et Evan.' Hygin. fab. 43.

139 *Ferrens post vina*] Scribit Arist. problem. XXX. 1. 'Vinum cupiditatem Veneris inprimis accendere posse.' Notum est illud Terentii Eunuch. IV. 5. 'Sine Cerere et Bacho friget Venus.' Quam sententiam declarans D. Hieronymus: 'Distento,' inquit, 'ventre, distenduntur ea quæ ventri adhærent.' Per id significans, ut dicit Erasmus, libidinem esse gastrimargiæ comitem. In Græcorum collectaneis ita hæc sententia legitur: *νεκρὸν Ἀφροδίτη Διονύσου δίχα καὶ Δήμητρος.* Vide Commentar. Terent. p. 239. 379. 808.

142 *Mox Ariadnæus stellis cælestibus ignis*] Aratus Phænom. *Αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος τὸν ἀγαυὸν ἔθηκεν Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης.* Ovid. Epist. Heroid. VI. 'Bacchus avus, Bacchi conjunx, redimita corona, Præradiat stellis signa minora suis.' Tertullian. lib. de corona Milit. 'Et Ariadnæ sertum ex auro et Indicis gemmis.' Ubi vide Rhenanum: ut et Hesiod. Theogon. vs. 945. Horat. Carm. II. 19. vs. 13. inprimisque Nonnum l. XLVII. Hygin. fab. 224. et l. II. poët. Astronom. ubi de Corona p. 61. Paschal. Coron. I. 9.

161 *Quoniam regalibus aula Fervere tunc vitiis*] Id solenne generi humano, clamat omnis ævi historia; ut subditi exemplum et vestigia insequantur suorum Principum. Asseverat Theodosius Claudiani versibus, de IV. Consul. Honorii: 'Componitur orbis Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, quam vita regentis.' Tradit et Cicero III. de LL. 'Ego autem, nobilium vita victuque mutato, mores mutari civitatum puto. Quo perniciosius de Rep. merentur vitiosi Principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem: neque solum obsunt, quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt; plusque exemplo, quam peccato, noeent.' Nec seorsim sentit Basil. M. in Psal. I. *Καὶ στρατιῶται μὲν ὡς τὰ πολλὰ τοῖς στρατοπεδάρχαις ἐξομοιοῦνται· οἱ δὲ ἐν ταῖς πόλεσι δῆμοι ζηλοῦσι τοὺς ἐν δυνάμει. καὶ ὅλως ἐπειδὰν τὸ τοῦ ἑνὸς κακὸν μιμήσεως ἄξιον τοῖς πολλοῖς νομισθῇ, οἰκείως καὶ προσηκόντως λεχθήσεται λοιμός τις ψυχῶν ἐπιπολάζειν τῷ βίῳ. τὸ γὰρ ἐν κακίᾳ περίβλεπτον πολλοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον τῶν εὐολισθήτων ἐφέλκεται.* Elegantissima hanc in rem eomportavit, Musarum illa sedula et indeses apicula, Gruterus Discurs. in Tacit. parte I. p. 47. et seqq. vide *περὶ στεφ.* v. 27.

167 *Ille sacerdotem violat*] Mox vs. 174. nominat Rheam. Livius dec. 1. lib. I. pag. 3. et 4. Dionysius Iliam Vestalem nuncupat, quam Liv. l. d. Rheam Silviam. Cicero de N. Deor. I. deridet ut fabulosum. Augustin. D. C. III. 3. et 4. et XVIII. 21. Conon narrat. XLVIII. apud Photium in Biblioth. p. 235.

Contra illa marito Succumbit Phrygio] Ovid. Trist. lib. II. 299. Lac-

tant. I. 17. Statius Silv. I. Epithal. Stellæ: 'Unde novum Trojæ decus, ardentumque Deorum Raptor erat, Phrygio si non ego juncta marito? Lydius unde meos iterasset Tibris Iulos?' Sunt verba Veneris. vide Tiraquell. tom. II. connubial. lege VI. § 30. Hygin. fab. 94.

174 *Et si Rhea sacrum*] Stat. ibid. 'Quis septemgeminæ posuisset mœnia Romæ Imperii Latiale caput? nisi Dardana furto Cepisset Martem, nec me prohibente, sacerdos?' Et ibid. 'Sic victa sopore doloso Martia fluminea posuit latus Ilia ripa.' Tibull. Elcg. II. 6.

182 *Capitolia Jovis*] Gyrald. hist. Deor. syntag. II. p. 77. Jupiter Capitolinus. August. de C. D. III. 15. Arnob. l. VI.

183 *Pelasgæ Palladis*] Fabric. Romani suos Deos accersierunt ab aliis gentibus. Martem jactaverunt patrem: Minervam vocarunt e Græcia, Junonem e Libya, Venerem e Sicilia, Cybelem e Phrygia, Bacchum e Naxo insula.

186 *Erycino e vertice*] Eryx, Siciliæ ille mons dictus, a Polybio descriptus lib. I. cum ipso templo, et Strabone lib. VI. De eo Virg. Æn. VI. 'Tum vicina astris Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ.' Et ad ejus instar etiam Romæ templum erectum Veneri Erycinæ ad portam Collinam. de quo Ovid. Fast. IV. vs. 879. et Livius dec. 3. lib. X. Lips. ad IV. Annal. Tacit. Gyrald. syntag. XIII. hist. Deor. p. 382. Eryc. Putean. syntag. de Erycio nomine.

187 *Utque Deum mater Phrygia*] Liv. dec. 3. Gyrald. hist. Deor. syntag. IV. p. 139.

188 *Bacchica de viridi peterentur ut Orgia Naxo*] Liv. dec. 4. lib. IX.

195 *Palladium*] Gyrald. hist. Deor. syntag. XI. p. 328.

196 *Asylum*] August. de C. D. I. 3.

197 *Ut semel obsedit*] Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. cap. 13. pag. 148.

203 *Farre molæ*] Turneb. adv. VII. 13.

Saxa illita cæris] Deorum simulacra cæra solebant illinere. Juvenal. Sat. X. 'Propter quæ fas est genua incærare Deorum.' Turneb. XXX. 19. Quin imo et minio illinebant, diebus festis. Plin. XXXIII. 7. Meurs. parte II. Crit. Exercit. II. 4.

Unguentoque lares humescere nigros] Turneb. I. 17. Apud Lucret. l. V. 'Velatum vertier ad lapidem,' est, ad simulacrum se vertere religionis causa. Nam in salutandis et precandis Diis, dextrovorsum se vertere solebant ut dicit Plaut. Curcul. Philostratus: Τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦτο βέβηκε μὲν ἐπὶ νέως. τὸ γὰρ τῆς βάσεως σχῆμα, πρώρα· ἵδρυται δὲ ναύαρχος, περιτρέψας δὲ αὐτὸ ὁ χρόνος, καὶ νὴ Δία οἱ ἀλείφοντές τε καὶ οἱ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχὰς, ἐξηλλάχασι τοῦ εἴδους. Quo quidem e Philostrati loco intelligimus, quid sit, 'signare vota:' quod Plin. lib. X. Epist. scribit ad Trajanum, hunc in modum: 'Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, et suscepimus pariter domine, et solvimus, precati Deos, ut velint ea semper solvi, semperque signari.' Votum enim suum nuncupatum, et in charta conceptum conscriptumque, Deorum genibus cera obsignatum adfigebant. quod patefaciet Juvenalis versum, Sat. X. 'Propter quæ fas est genua incerare Deorum.' Incerabat enim Deorum genua, qui votum susceptum signabat, et se voti reum constituebat: confer P. Pithœum 2. subcesiv. II. 14.

Lares nigros] Quia Lares apud focum statuebantur, non est mirum, dici nigros, hoc est, atros et fumosos: ut liquet hic e Prudentio, qui, ne scilicet isti domestici Dii parum genialiter acciperentur, eos unguento præter coronam donatos adfirmat. Nisi nigros interpretari malis atroces et vindices. Nam οἱ Λάκωνες ἐρινυνώδεις

τινές εἰσι καὶ πολίτιμοι δαίμονες ἐπίσκοποι βίων καὶ οἴκων: 'Lares furialia quædam sunt et pœnalia Numina, quæ speculantur vitas et domos.' Car. Paschal. Coron. IV. 3.

205 *Formatum Fortunæ habitum cum divite cornu*] Pausanias in Messeniacis, autor est, a Bupalo Fortunæ signum apud Smyrnæos omnium primo fuisse effictum; cujus capiti polum imposuit, cum altera manu Amaltheæ cornu teneret. H. Jun. cent. ad. 88. 'Herculis cornu.' Arnob. lib. VI. p. 204. Arnob. lib. VI. 'Fortuna cum cornu, pomis, ficis, aut frugibus autumnalibus pleno.' Palephat. lib. I. p. 123. b. Hygin. fab. 31.

208 *Trivit et ipse Impressis silicem labris*] Lips. Elect. II. 6.

219 *Delubrum Romæ*] Urbis Templum in quarta regione collocat Victor. Mentio ejus est apud Sueton. II. 52. Xiphilin. et Spartian. Inscriptio vetus: T. ÆL. MALCO. VICTORI EQ. PRÆTORIA. COH. III. PR. QVI. ET VRB. ANTISTES. SACERD. TEMP. MATRIS. CASTRORVM. Ad hanc Divam Poëta ille: 'Exaudi regina tui pulcherrima mundi Inter sidereos Roma recepta polos.' Adi Lips. ad IV. Annal. Taciti p. 247. et de magnit. Rom. III. 6. Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. p. 56.

223 *Vera ratus, quæcunque fiant autore senatu*] Ita inferius, hoc lib. vs. 612. 'Qua vocat egregii sententia principis, illuc Libera tum pedibus, tum corde frequentia transit.' Tales multi passim sunt; qui illud Harpagi semper in ore habent: 'Mihi placet, quicquid Rex facit.' Et Stratoclis decretum, quod in vita Demetrii apud Plutarch. extat: 'Quicquid Rex jubet, id et erga Deum sanctum, et erga homines justum est.' In aula Alexandri M. fuit Anaxarchus Philosophus, qui dixit: 'Omne, quod a Rege suscipitur, concessum et justum est:' Πᾶν τὸ πραχθὲν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος, θεμιτόν ἐστι καὶ δίκαιον: vide περὶ στεφ. XIII. 27. Ita de Basilio Camatero scribunt; qui, ut patriarchatum Constantinopolitanum facilius consequi posset, ut fertur, syngrapha sua, sane turpi et indigna Episcopo, se obligavit, cuncta, quæ Andronico placuissent, se executurum; et adversaturum esse, quæ displicuissent, universis. Camerar. cent. III. meditat. hist. c. 6. Historiam memorabilem de Constantio Imp. quomodo aulicorum suorum explorarit constantiam in religione Christiana, enumerat Sozom. I. 6. Hist. Magdeburg. cent. IV. c. 3. Cuspinian. Euseb. Osiand. cent. IV. lib. I. c. 14.

226 *Illic Alcides*] Gyrald. syntag. de Hercule. Anton. Benbellon. in Suscitab. part. I. cap. 13. pag. 149. horum in locum substituit hunc versum: 'Christophorus, Petrus, Paulus, genitrixque Maria.'

228 *Ledeia proles*] Gyrald. hist. Deor. syntag. 5. Hygin. fab. 77. et 155. Fulgent. Mytholog. l. II. p. 140.

229 *Nocturnique equites*] Idem ibid. pag. 178.

230 *Retinentque veru*] Suidas, autore Æliano, 'duo simulacra Dioscurorum fuisse, ait, pari juventute, quæ genas haberent imberbes, forma similia, et in humeros ehlamydem habentia, et enses sub chlamyde, et hastas erectas, quæ per dextram et sinistram extollebantur.' Gyrald. ib.

Magnique triumphi Nuncia] P. Vacieno, cum e prætura Reatina Romam veniret, noctu Castores apparuerunt, dicentes, Persen regem illo die captum: quod ille Senatui nunciavit. Qua de re Cic. de N. Deor. III. plura.

231 *Suffuso figunt vestigia plumbo*] Radulph Forner. rer. quotidian. VI. 18. 'Neque sane,' inquit, 'novus est plumbi liquefacti usus in id, ut firmius hac ratione juncta cohæreant.' l. XXIII. in rem. § item quæcunque ff. de rei vind. l. II. ff. de sep. viol. Quin et eo consilio pagani quondam Deo-

rum suorum statuas effuso plumbo coërcebant, scilicet ne fugiendi potestas esset. Arnob. l. VI. 'Interque omnes sinus commissurarumque juncturas plumbum ire suffusum, et salutares moras signorum diuturnitatibus commodare.' Eodem pertinet etiam hoc Prudentii.

233 *Dux Italus*] Virg. Æn. VII. 177.

Janusque bifrons] Ovid. Fast. I. 65. Gyrald. hist. Deor. syntag. IV. Erasm. adag. 'A fronte atque a tergo.' D. Augustin. de Civ. Dei VII. 4. 'Eum simulacri monstruosa deformitate turparunt, nunc eum bifrontem, nunc etiam quadrifrontem, tanquam geminum facientes. An forte voluerunt, ut, quoniam plurimi Dii selecti erubescenda perpetrando amiserant frontem, quanto iste innocentior esset, tanto frontosior appareret?' Vide ib. c. 7. 8. 9. 10. Albric. de Deor. imaginib. p. 173. Fulgent. lib. II. p. 137. b. Plin. XVIII. 25. et XXXIV. 7.

234 *Maculoso et corpore Picus*] Augustin. D. C. XVIII. 15. Augustin. de C. D. IV. 23. Bergomens. Chron. lib. IV. p. 54. a. M. Minuc. Octavio Gyrald. histor. Deor. syntag. I. p. 54.

236 *Omnibus ante pedes posita est sua cuïque sordens Arula*] Paganis exprobrat altarium multitudinem: quam hausit Papismus a Paganismo. P. Molinæus in tractatu De Altaribus c. 10.

237 *Jano etiam celebri de mense litatur*] D. Ambros. Serm. XVII. 'Dicit Salvator: Nemo potest duobus dominis servire, hoc est, Deo et Mammonæ. Quomodo igitur potestis religiose Epiphaniam Domini procurare, qui jam Calendas, quantum in vobis est, devotissime celebrastis? Janus enim homo fuit, unius conditor civitatis, quæ Janiculum nuncupatur: in cujus honore a gentibus Calendæ sunt Januariæ nuncupatæ. unde, qui Calendas Januarias colit, peccat; quoniam homini mortuo defert divinitatis obsequium,' &c. Horolog. Princip. I. 38.

239 *Et gaudia ducunt Festa Calendarum*] Dies ille Calendarum, si quis alius, religiosus in Vulgus. Plin. 'Primum incipientis anni diem lætis precationibus invicem faustum ominamur.' Templa aperiebant, vota concipiebant pro sua quisque publicaque salute. Varro in Fragmentis l. V. 'Jano duodecim aras pro totidem mensibus dedicatas.' Lips. ad Tac. Annal. IV.

246 *Mense, atque adytis, et flamine, et aris Augustum*] Explicat, ὅζος Ἀθήνης, Lipsius ad Tac. Annal. I. p. 22. et seq. et ad Annal. IV. p. 235.

251 *Adjecere sacrum, fieret quo Livia Juno*] Cælestem religionem Liviæ tribuit Claudius, effigie ejus in templo Augusti consecrata, sacrisque, quæ Vestales facerent, institutis: edicto etiam, ut per numen ejus feminæ jurarent. Dio lib. LX. et Sueton. cap. 11. Claudii. Extant nummi: DIVVS. AVGVSTVS. PATER. caput radiatum, ara ante pedes: parte aversa, S. P. Q. DIVÆ. IVLIÆ. AVGVSTI. FIL. carpentum, cui subjuncti duo muli. Nec dubito, quin consecrata hæc Julia habitu et nomine Junonis. Prudent. h. l. Quanquam eo nomine adfecta a Poëtis etiam viva. Lips. ad Tac. Annal. V. p. 258. Adi quoque eruditiss. Kirchman. de funerib. Rom. IV. 13. et 14.

271 *Quid loquar Antinoum*] Antinoum urbem Hadrianus in honorem Antinoi Ephebi condidit. Ammian. Marcell. lib. XXII. Hieronym. contra Jovian. Epist. X. 'Ut sciremus, quales Deos semper Ægyptus recepisset, nuper ab Hadriani amasio urbs eorum Antinous appellata est.' Apud eundem in Vitis script. Eccles. Egesippus: 'Tumulos mortuis templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus, e quibus est et Antinous servus Hadriani Cæsaris, cui et gymnicus agon exercetur apud Antinoum civitatem;

quam ex ejus nomine condidit, et statuit Prophetas in templo. Antinoum autem in deliciis habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.' Adi Justin. Mart. apolog. II. p. 55. Anthenagor. Apologet. Tertullian. apologet. cap. XIII. Spartian. in Adriano p. 10. et Casauboni, at quanti viri? ibid. notas p. 62. et seq. Gyrald. hist. Deor. syntag. I. p. 70.

Cælesti sede locatum] Non solum inter heroas et minorum gentium Deos Antinoum retulerunt; sed et stationem in cælis certam eidem assignarunt, novum sidus ANTINOUM inter cælestes imagines commenti. Ejus posituram in siderum ἀστροθεσίαις et descriptionibus astrologorum invenies. Quidam in orbe Lunæ cum Endymione collocarunt. Tatianus: *Πῶς ὁ τεθνεὼς Ἀντίνοος μειράκιον ἐν τῇ σελήνῃ ὡραῖον καθίδρυται; τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν*; Ejus consecrationis cum alia extant hodieque monumenta, tum istud Romæ egregium.

ΑΝΤΙΝΟΩΙ
ΟΥΝΔΡΟΝΩΙ. ΤΩΝ
ΕΝ. ΑΙΓΥΠΤΩΙ. ΘΕΩΝ
Μ. ΟΥΛΠΙΟC. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC
ΠΡΟΦΗΤΗC.

Plura loco nominato habet, Musarum illud delitium, et harum disciplinarum lumen ac ornamentum, singulareque omnino Galliæ decus, scientissimus Casaubonus. vide et Lindebrog. ad Ammian. p. 123.

289 *Qui currere regna Certis ducta modis, Romanorumque*] Egregie D. Augustin. de C. D. v. c. 21. 'Hæc plane Deus unus et verus regit et gubernat, ut placet. Etsi occultis causis, nunquid injustis?' Vide ibid. c. 1. et 12. et lib. IV.

297 *Quicquid humus, quicquid cælum mirabile gignunt*] Adi Philonem lib. de Decalogo: quo loci pulcherrima adfert, quæ huc quadrant.

301 *Neptunum vocitantes Oceanum*] Augustin. de Civ. Dei VII. 16. 'Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mundi,' &c. vide ibid. c. 22. Phornut. de nat. Deor. p. 161. b. Cl. Alex. protrept. p. 19. *Καὶ Ποσειδῶνα μὲν οὐκ ἀναπλάττοντες, ὕδωρ δὲ αὐτὸ προτρεπόμενοι. τί γάρ ἐστι πρότερον Ποσειδῶν ἢ ὑγρά τις οὐσία, ἐκ τῆς πόσεως ὀνοματοποιουμένη*; Arnob. adv. Gent. III. 'Quod aqua nubat terram, appellatus est (inquiunt) cognominatusque Neptunus. Si ergo liquoris obtentio nominis hujus appellatione signatur, nullus Deus est omnino Neptunus: atque ita tollitur, et removetur e medio Stygii frater Jovis, Olympiique germanus, tridenti armatus ferro, pistricum dominus atque menarum, rex salsorum gurgitum, et tremebundi motator sali.' Et l. v. extremo: 'Et in illa estis reprehensionis parte, quod in usu sermonis vestri, Martem pro pugna appellatis, pro aquis Neptunum,' &c.

302 *Cyaneas cava flumina Nymphas*] Nympharum aliæ sunt marinæ, aliæ fluviales, aliæ silvestres. Marinæ dicuntur Nereides: quæ in fluviis et lacubus, Naiades et Lemniades. Silvestrium aliæ præsunt montibus, et nuncupantur Oreades: aliæ nemoribus et silvis, quæ Napeæ et Dryades: aliæ singulis arboribus, quæ Hamadryades. De Cyane, Claudian. de Rapt. II. 61. et III. 246. et seqq. Cl. Alex. protrept. p. 17.

304 *Ipse ignis, Vulcanus perhibetur*] Cl. Alex. protrept. p. 19. *Τοῦτό τοι καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ἡράκλειτον, τὸ πῦρ ὡς ἀρχέγονον σέβοντες, πεπόνθασι· τὸ γὰρ πῦρ τοῦτο ἕτεροι ἥφαιστον ὠνόμασαν. Περσῶν δὲ οἱ μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι, καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί· πρὸς δὲ, καὶ Μακεδόνες, καὶ Σαυρομάται, οὓς Νυμφόδωρος τὸ πῦρ σέβειν ἱστορεῖ.* &c. Pertinet huc illud Comici, Amphitr. I. 1. 'Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?' Adi Albric. lib. de Deorum imaginib. p. 173. b. Phornut. de nat. Deor. p. 179. b.

Nostrum factus qui servit ad usum]

Cl. Alex. p. 347. *διπλῆ τε ἡ δύναμις τοῦ πυρὸς, ἡ μὲν, πρὸς ζώων γένεσιν καὶ τροφὴν ἐπιτήδειος.* Ovid. II. Trist. 267. 'Igne quid utilius?' Philo lib. de Decalogo: 'Ignis habet vim geminam, illustrandi urendique.'

308 *Æoliæ summus faber esse, vel Ætnæ*] Virg. Æn. VIII. 416. Arnob. l. VI. 'Formatur et fingitur cum pileo Vulcanus et malleo, manu liber sed dextera, et fabrili expeditione succinctus.' Claudian. de Rapt. II. 174. Albric. lib. de Deorum imaginibus p. 173. b. Photius in Biblioth. p. 537.

310 *Ausus habere Deum Solem*] Factum hoc a Persis; ideoque solennis illorum victima Soli, Equus. Justinus: 'Solem unum esse Deum Persæ credunt, et equos eidem Deo sacratos fernnt.' Ab iis autem Mithra dicitur. Curt. lib. IV. 'Solem Mithram, sacrumque et æternum invocans iguem.' Lips. ad Tac. Annal. VI. p. 288. P. Faber Semest. III. 2. Bernart. ad Statium Theb. I. p. 81. et seqq. Cl. Alex. protrept. p. 7. *Καὶ προσεκύνησαν ἥλιον, ὡς Ἰνδοί· καὶ σελήνην, ὡς Φρύγες.* Et ibid. p. 20. *Πεπλανῆσθαι γοῦν ὁ Μεναν̃δρος μοι δοκεῖ, ἔνθα φησὶν, Ἥλιε· σὲ γὰρ δεῖ προσκυνεῖν πρῶτον θεῶν, Δι' ὃν θεωρεῖν ἐστι τοὺς ἄλλους θεοὺς,* &c. Et p. 19. *καὶ μὴ τὸν ἥλιόν τις ὑμῶν προσκυνείτω, ἀλλὰ τὸν ἡλίου ποιητὴν ἐπιποθείτω.* vide antecedentia: et Philon. lib. de Decalogo. Sedul. l. I. Adducit autem hosce tres versiculos, sed vitiose, Hyginus lib. IV. ubi de Sole agit.

Cui tramite certo Conditio imposita est] Psal. XVIII. 6.

312 *Visibus objectum mortalib.*] Ait enim Cl. Alex. Stromat. VIII. p. 327. *Ἥλιον ὀνομάζεσθαι τὸ λαμπρότατον τῶν κατ' οὐρανὸν ἰόντων.* Speusipp. *Ἐν ὅροις: ἥλιος, πῦρ οὐράνιον· ὃ μόνον ἀπ' ἠοῦς μέχρι δείλης τοῖς αὐτοῖς ἐστὶν ὁραθῆναι· ἄστρον ἡμεροφανὲς τὸ μέγιστον.*

313 *Teretique glubo*] Dracont. Hexaëm. vers. 91. 'Mox Solis radiare globum jubet igne salutis.'

Volantem] Cassiodor. var. lib. I. Ep. I. 45. 'Sic astra, quorum licet cursum sciamus, fallentibus tamen oculis prodire non cernimus. Stans quidam in illis transitus est: et quæ velociter currere vera ratione cognoscis, se movere non respicis.' Seneca Nat. Quæst. I. 3. 'Ad ipsum Solem revertere; hunc, quem toto orbe terrarum majorem probat ratio, acies nostra sic contraxit, nt sapientes viri pedalem esse contenderint. Quem velocissimnm omuium esse scimus, nemo nostrum videt moveri; nec ire crederemus, nisi appareret isse.' Max. Tyr. dissert. XXXII. *Καὶ τοῦ ἡλίου εἰ ἀφέλοι τις τὴν κίνησιν καὶ τὸν δρόμον, συναφεῖλεν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν.* Themist. Eupbrad. Orat. I. *Καὶ τὸν μέγαν ἡγεμόνα ἐκεῖνον τὸν ἐν οὐρανῷ τὸ πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνοντα.* Ibi Remus; vir nectare et ambrosia qui alatur, et Sarrano qui dormiat ostro, dignissimus: Remus, inqnam, notat alterum Platonis locum: *ὁ μὲν μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτεϱεινὸν ἄγων ἅρμα πορεύεται.* Phil. de vita Mosis, l. III. Nam totum cælum est volucre. Manil. I. 735. 'Pbæthontem patrio curru per signa volantem.' Et II. 92. Phœbum volautem, dicit.

318 *Terram breviorem circuitu*] De Solis magnitudine figuraque, Plutarch. de placitis Philosophor. Stob. lib. I. Eclog. Phys. Theodoret. Græcar. affect. l. I. de fide: *Καὶ γὰρ αὖ πάλιν περὶ ἡλίου λογομαχία παρ' ἐκείνοις πολλή. Ἀναξίμανδρος μὲν γὰρ καὶ Ἀναξιμένης, ἑπτακαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς τοῦτον ἔφασαν εἶναι· Ἀναξαγόρας δὲ Πελοποννήσου μείζονα, Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος ποδιαῖον. τίς οὖν ἄρα ἀξίως τὴν τοιαύτην διαφωνίαν γελάσειεν; οὐδὲ γὰρ περὶ σμικροῦ τινὸς αὐτοῖς μέτρου γέγονεν ἡ διχόνοια, ἀλλὰ περὶ ἀπείρου, καὶ ὅσον οὐκ ἄν τις παραστῆσαι τῷ λόγῳ. τίς γὰρ ἅπασαν μέτρῳ ἂν περιλάβοι τὴν γῆν, εἶτα ἑπτάκις καὶ εἰκοσάκις πολυπλασιάσας τὸ μέτρον, ξυναγάγοι τοῦ ψήφου τὸν λο-*

γισμὸν, καὶ τοῦτον τῷ μέτρῳ τοῦ ἀνθρωπείου παραθεὶη ποδός; ἀλλ' ὅμως εἰσί τινες, οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις τιθέμενοι, πιστεύοντες οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα καταδέχονται λέγειν. Hæc ille. videatur Perer. in Genes. lib. I. p. 175. et 176.

319 *Pulcherrimus ille Circulus*] Vide Perer. in Daniel. lib. IV. p. 218. et 219. et in Gen. l. I. p. 177. Hinc Sapient. VII. 29. 'Est enim hæc (sapientia) speciosior Sole:' ἔστι γὰρ αὕτη εὐπρεπεστέρα ἡλίου. Ambros. hexaëm. IV. 1. 'Sol oculus est mundi; jocunditas diei, cæli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ.' Et c. 2. Et ideo bene a plerisque ornamentum cæli est nuncupatum; eo quod sit stellarum monile pretiosum:' Basil. M. p. 199. Καὶ τὸν ἥλιον τὸν αἰσθητὸν, οὐδεὶς μέν ἐστιν, ὃς οὐχ ὑπερεπαινεῖ τὸ μέγεθος αὐτοῦ καὶ κάλλος, καὶ τῶν ἀκτίνων τὴν συμμετρίαν, καὶ τὸ ἀποστίλβον αὐτοῦ φῶς κατασπαζόμενος.

325 *Ille Deus verus, quo non est grandior ulla Materies*] Arator: 'Super omnia fusum Claudere nemo potest, parvisque arctare figuris.'

326 *Qui fine caret*] Thales apud Laërt. Τὸ θεῖόν ἐστι τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχον, μήτε τελευτήν.

329 *Aut subit ortu, aut ruit occasu*] M. Minuc. Octav. 'Sol demergit, et nascitur.' Tertul. apologet. 'Lux quotidie interfecta resplendet; sidera defuncta reviviscunt.' Catul. 'Soles occidere, et redire possunt.' vide Dracont. Hexaëm. vs. 499.

331 *Nec torquere facem*] Manil. I. 525. 'Nunquam transversas Solem decurrere ad Arctos,' &c.

337 *Seu tramite dextro*] Basil. M. homil. περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, p. 608. Τὸ ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου δυνάμει αὐτεξούσιον ἐπὶ τῷ ἑλέσθαι ἢ μὴ ἑλέσθαι τῷ διαβόλῳ ἀντιστῆναι κεῖται. vide eundem p. 227. et inf. II. 982. et rursus Basil. M. in Asceticis p. 627. Ambros. l. de Noë et arca c. 12. 'Natura hominis contrariorum capax est; et ut malitiæ in ea sit vis, et virtutis ingressus.'

343 *Sed famulus subjectus*] Dracont. Hexaëm. vs. 495. 'Sol oculus cæli, famulus super astra Tonantis.' Proculdubio alludit ad proprietatem linguæ Ebraicæ, ubi Sol a ministrando dicitur: vel certe ad σοφίστευμα illud Εὐριπίδειον, ut Euseb. Præparat. VI. 8. nominat: εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύειν βροτοῖς. Cl. Zehner. ad Alcim. p. 53.

344 *Hoc sidus currum*] Soli enim currum assignarunt. Accius: 'Sol, qui micantem candide curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas.'

344 *Quadrigas*] Et Lunæ quidem vel Equos tribuunt. Ovid. Fast. IV. 'Ut solet, in niveis Luna vehetur equis.' Statius: 'Vesper opacus Lunares jam ducit equos.' Ita Bigam et Equos etiam Nocti adsignant. V. N. Pont. I. 2. v. 56. Vel juvencas. Auson. Epist. IV. 'Jam succedentes quatiebat Luna juvencas.' Claudian. de Rapt. III. 403. 'Quo Phaëthon irrorat equos, quo Luna juvencos.' Infcrius vs. 361. 'Nunc bigas frenare boves.' Turneb. XXII. 23. Fulgent. mythol. lib. I. 'Bullatum bijugis conscenderat æthera tauris.' Loquitur de Luna. Luciferum etiam equo vehi dicunt. Claudian. II. 121. 'Dum meus humectat flaventes Lucifer agros, Roranti profectus equo.'

345 *Et capitis radios*] Selectissima de Solis radiis congessit vir auro expendendus Car. Paschal. Coron. II. 13.

Verbera dextræ] Ovid. Met. XIV. 822. 'Conscendit equos Gradivus, et ictu Verberis increpuit.' Claudian. de equis Plutonis II. 197. 'Mox ubi pulsato senserunt verbera tergo.'

346 *Equorum*] Adi Hygin. fab. 183. Cæsar. German. in Phænom. Arati p. 198. b. Fulgent. mythol. lib. I. p. 131.

349 *Post trabeas*] Trabea, vestis, pannorum trabes habebat, caque equitum erat Romanorum in trans-

vectione: olim Regum, ut Romuli; postea Consulum. Claudian. II. Panegyr. in Stilic. 'Quo tandem flexus trabeas autore rogantes Induerit; fastisque suum concesserit annum.' Turneb. v. 10. et XII. 6. et XXVII. 23. Scholiast. Juven. Sat. VIII. p. 86. b. et Sat. X. p. 92. b.

Eburnam aquilam] Περὶ στεφ. X. 148. Conjunge Turneb. XXII. 12. ubi ait, sceptrum olim fuisse hastam.

Sellamque curulem] Adi Scholiast. Juven. ad Sat. X. p. 95.

353 *Redimita rosis*] Lora cælestis currus illius, quo Sol vehitur, operta sunt rosis, ac proinde purpurea. Paschal. Coron. III. 7.

356 *Eumenidum domina*] Lege Claudian. II. 277. ad finem. Dicta autem est Domina, δέσποινα, absolute. Virg. Æn. VI. 'Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.' vide Girald. hist. Deor. syntag. VI. p. 198. et Turneb. p. 671.

357 *Rapta ad Tartarei thalamum Proserpina*] Claudian. II. 204. et seqq. Et librum ita exorditur primum: 'Inferni raptoris equos, afflataque curru Sidera Tænario, caligantesque profundæ Junonis thalamos, audaci promere cantu Mens congesta jubet.' Ibi Juno profunda, Proserpina est. Ut Jovis nomen multis tribuebatur. Ita Jupiter Latialis, erat Latius, interprete Festo. Jupiter indiges, Æneas: Jupiter Stygius, Erebi, infernus, Pluto. Sic Juno Lucina, Diana est Juno mulierum, velut genius virorum: Juno inferna, Proserpina: Juno Matuta, Leucothea. At summus Jupiter, Jupiter Imperator, Jupiter præpotens, et Jupiter dicebatur. Sic Juno sine adjectione, et Juno regina. Id eo dico, quod apud Maron. Æn. VI. 138. perspicue Juno inferna, Proserpina est. Dicitur et Diana inferna propter Hecatem, ut reor, quæ etiam Diana est et Proserpina. Unde, 'Tergeminamque Hecatem, tria virginis ora Dianæ.' Æn. IV. Papinius Silv. V. 'Detulit infernæ vates longæva Dianæ.' Proculdubio Proserpinam intelligens. Turneb. XXII. 11. et XXVIII. 44. vide et Cic. Verrin. IV. Gyrald. hist. Deor. syntag. VI. p. 195. et seqq. Augustin. D. C. VII. 20. et 28. Hygin. fab. 146. Albric. lib. de Deor. imaginib.

359 *Placatur vaccæ sterilis cervice resecta*] Proserpinæ sterilis attributa victima fuit, quia nec ipsa unquam peperit. Gyrald. hist. Deor. syntag. XVII. ubi et hunc nostri adducit locum. Vel, quia consuetudo erat, ut sterilis vacca animabus mortuorum plerumque mactaretur. Natal. Com. I. 13. et III. 16. Apollodor. l. III. Argonaut.

360 *Et regnare simul cæloque*] Joan. Wouwerius, De umbra c. 7.

363 *Nunc etiam volucres caprearum in terga*] Venationum præses habebatur Diana, ferasque agitare et sagittis configere antiquorum opinione censebatur. Turneb. VI. 2. et VII. 26. et XXVIII. 16. unde capreis et cervis eam gaudere dixit Homer. Iliad. XXI. Eidem capita aprorum et cervorum cornua consecrabantur. Albric. lib. de Deor. imaginib.

365 *Denique cum Luna est*] Gyrald. hist. Deor. syntag. XII. p. 344. Porro, ut Festus scribit, Hecate Diana, et Luna, et Proserpina eadem putabatur. Ibidemque perperam Isidoro hosce tres versiculos transcribit Virg. Æn. IV. 'Tergeminamque Hecatem, tria virginis ora Dianæ:' dixisse potuit, quia et pingi fingique triformis solebat, et tribus animalium nominibus vocari gaudebat. Porphyr. l. IV. de non edend. animalib. Ἡ δὲ Ἑκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα ἀκούουσα μᾶλλον ὑπακούει. Turneb. XXVI. 5. Alii τρίμορφον inducunt et dicunt, 'quod tribus formis ad plenitudinem redigatur Luna; nempe cum curvata est in cornua, cum in orbem sinuata, et cum mense pæne exacto alium habitum assumit; siquidem nunquam circulus ejus im-

pletur,' ut ait Phornutus de nat. Deor. Citat insuper hos versus Germanicus Cæsar in Arati Phænom. ubi de Luna: pag. 199. b. 'Eadem Luna, eadem Diana, eadem Proserpina vocatur; i. e. cælestis, terrestris, et infernalis.' De qua quidam: 'Denique cum Luna est,' &c. Item Hygin. de planetis l. IV. pag. 105. b. Fulgent. mythолog. l. II. Meurs. ad Lycoph. p. 303.

366 *Succincta*] Περὶ στεφ. X. 281.

369 *Imperitat Furiis*] Joan. Wouwerius, De umbra c. 7.

379 *Respice terrifici scelerata sacraria Ditis*] Lips. Sat. I. 5. et de Amphitheatro c. 4.

382 *Nam quid vesani sibi vult*] Lips. Sat. I. 14.

384 *Quid pulvis semper caveæ*] Lips. de amphitheatro c. 2.

395 *Taurica sacra*] Quia Plutoni, hoc est, Diti patri, de nigra pecude rem divinam faciebant; eidemque pocula mixta mero et lacte libabant. Tibullus: 'Interea nigras pecudes promittite Diti, Et nivei lactis pocula mixta mero.' Horat. Carm. II. 'Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice places illacrimabilem Plutona tauris.' Virg. Æn. VI. 'Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras, Et solida imponit taurorum viscera flammis, Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.' Ad quem locum Turnebus ille Gallorum suo tempore facile eruditissimus, adv. XXVIII. 48. Noeturnas aras inquit, intelligo, in quibus res divina noctu fieret, non interdiu: quod recepti moris et ritus erat in Plutonis sacris. Valerius de Plutonis et Proserpinæ sacris: 'Hostias nigras, quæ antiquis furvæ dicebantur, Tarenti immolavit, ludosque et lectisternia continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.' Vide Gyrald. hist. Deor. syntag. XVII. Christoph. Coler. in animad. ad Val. Max. p. 568. Suovetaurilia, inquit, intelligere apparet.

403 *Dis Manibus*] Rostochiensis Academiæ decus, Johan. Kirchman. de funerib. Rom. III. 19. Gyrald. hist. Deor. syntag. VII. p. 206.

405 *Salaria*] Per viam Latinam, quæ ad meridiem vergebat, et Salariam, quæ e regione ad Septentrionem, synecdochice Romanæ urbis totum ambitum intelligit Giselin. Porta autem Collina posterioribus a via, cui imposita erat, Salaria appellari cæpta. Procop. de bell. Goth. l. I. 'Bellisarius interim Pincianam, et proximam huic, ad dextram, Salariam portam tenebat, ut suspectiores et necessarias.' Fabric. Salaria via, extra portam Collinam Romæ, in qua multa sepulchra fuerunt. Latina via, extra portam nominis ejusdem. Fuit autem frequens et celeris, et præ cæteris tumulos multos habuit: quod etiam e Juvenale et Ausonio, et multis inscriptionibus antiquis liquet. Vide Fest. in Salaria.

426 *Nimbosa elementa relinquas*] Jul. Firmic. Matern. de errore prof. relig. p. 11. et 12. et Joh. Wouweren in notis p. 108. Philo lib. de Decalogo.

427 *Omne, quod ex mundo est, tibi subjacet*] Cl. Alex. protrept. p. 15. et 17. *Χρυσός ἐστι τὸ ἄγαλμά σου, ξύλον ἐστὶ, λίθος ἐστὶ, γῆ ἐστὶν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα· γῆν δὲ ἐγὼ πατεῖν, οὐ προσκυνεῖν μεμελέτηκα,* &c. Vide ibid. p. 18. et seqq.

435 *Si lapis est, senio dissolvitur*] *Σήψει δὲ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος*: inquit ille. V. N. Pont. IV. 8. 49. et sup. περὶ στεφ. XIII. 69. et Arnob. plurib. locis.

462 *Duorum Colla tyrannorum*] Fab. 'Tyranni gemini victor, Constantinus M. nominatur:' quia devicit Maxentium et Licinium prælliis memorabilibus, neque sine miraculo. Extat in hunc diem arcus triumphalis Constantini de Maxentio, sub radicibus Palatini, amphitheatrum versus, cum inscriptione ejusmodi. Supra arcum:

IMP. CÆS. FL. CONSTANTINO MAXIMO
P. F. AVGVSTO S. P. Q. R.
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS, MENTIS MAGNITVDINE, CVM EXERCITV SVO, TAM DE TYRANNO, QUAM DE OMNI EIVS FACTIONE, VNO TEMPORE IVSTIS REMPVBLICAM VLTUS EST ARMIS, ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.

Intra Arcum:

LIBERATORI VRBIS,
FVNDATORI QVIETIS.

In alia quadam inscriptione, AMPLIFICATOREM VRBIS eundem Constantinum appellatum legimus. Peperit autem hanc de tyranno victoriam anno a nato Christo CCCXIII. ut autor incertus Panegyrici, VIII. Cal. Octobr. De utroque, Maxentio et Licinio, vide Euseb. de vita Constantini.

464 *Agnoscas Regina lubens*] Lips. de Cruce III. 15. A Constantini primordiis, Salutaris nostra Crux cæpta honorari. Causa et origo a victoria contra Tyrannum. Nam cum Maxentium aggressurus esset, ἀγωνιῶντι διὰ ταῦτα, τύπος αὐτῷ σταυρικὸς μεσούσης ἡμέρας δι' ἀστέρων ἐφάνη κατ' οὐρανὸν, καὶ γραφὴ περὶ τὸν σταυρὸν Ῥωμαϊκοῖς στοιχείοις, Ἐν τούτῳ νίκα. Ἐκ χρυσοῦ τοίνυν αὐτίκα σχεδιάσας σταυρὸν κατὰ τὸν φανέντα τύπον αὐτῷ, καὶ τοῦτον κελεύσας στρατιᾶς αὐτοῦ προπορεύεσθαι, τοῖς τοῦ Μαξεντίου συβάλλυνται καὶ ὑπερτερεῖ: 'ambigenti et animo anxio ob ista, figura ei crucis media die, stellis effecta, apparuit in cælo, et scriptura circa eam Romanis literis, In hoc vince. Igitur ex auro statim subitario opere efformans Crucem juxta speciem, quæ apparuisset, et hanc jubens prægredi exercitum, cum Maxentianis prælium commisit, et superavit.' Zonar. in Constantino. Itaque statim victrix illud signum militaribus signis inseruit. Et maxime Labaro, quod inter ea primum. Prudentius ad ipsam Romam: 'Agnoscas Regina lubens mea signa necesse est, In quibus effigies crucis aut gemmata refulget, Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.' Dupliciter Poëta notat Crucem insitam signis, semel in vexillorum purpura, gemmis intextam et impressam: iterum in hastarum vertice superstantem, solido auro formatam. Sed, ut dixi, in Labaro maxime ea conspicua. Hæc ille. Cæs. Baron. tomo IV. Annal. p. 901. Chronolog. Funccii p. 107. Euseb. IX. 9. et de vita Constantini l. I. Osiand. cent. IV. I. 30.

469 *Maxentius*] Nominis Christiani dirus persecutor, cujus facinora h. l. cum indignatione recenset. De ponte Mulvio cadens, in Tiberi periit. Et arcus Constantini, de ipso erectus in vico Suburano prope Amphitheatrum adhuc superest, in urbe: in quo, supino Maxentio cum equo insilit Constantinus victor. De eo scribit autor Panegyrici, qui Constantino dictus est, in hæc verba: 'Ad primum aspectum, primumque impetum totius tui victoris exercitus, hostes territi, fugatique, et angustiis Mulvii pontis exclusi, exceptis latrocinii illius primis autoribus, qui desperata venia locum, quem pugnæ sumserant, texere corporibus; cæteri omnes in fluvium abire præcipites: ut tandem aliquod cædis compendium fessis tuorum dexteris eveniret. Cum impios Tiberis hausisset, ipsum etiam illum cum equo et armis insignibus, frustra conatum per abrupta ripæ ulterioris evadere, idem Tiberis correptum gurgite devoravit; ne tam deforme prodigium vel hanc obitus sui relinqueret famam, quod alicujus viri fortis gladio telove cecidisset. Et aliorum quidem hostium corpora et arma præceps fluvius volvendo devexit: illum autem eodem, quo extinxerat, loco tenuit.' Fabric. Baron. tom. III. Annal. pag. 104. Chronol. Funccii p. 107. Euseb. IX. 9. Joh. Bapt. Egnatius. Osiand. cent. IV. l. I. 30. Photius in Biblioth. p. 765. et 30. Benbell. in Suscitab. part. I. c. 15. pag. 213. et part. II. c. 2. pag. 11.

487 *Christus purpureum, gemmanti textus in auro, Signabat labarum*] Lips. de Cruce III. 15. Crux in Labaro maxime conspicua, de quo Prudentius: 'Christus purpureum,' &c. Quomodo Christus? quia et nomen ejus in ipso velo expressum, et crux nihilominus in hasta. Eusebius diffuse, de vita Constant. I. 25. Ὕψηλὸν δόρυ χρυσῷ κατημφιεσμένον, κέρας εἶχεν ἐγκάρσιον, σταυροῦ σχήματι πεποιημένον. ἄνω δὲ πρὸς ἄκρῳ τοῦ παντὸς, στέφανος ἐκ λίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ συμπεπλεγμένος κατεστήρικτο. καθ' οὗ τῆς σωτηρίου ἐπηγορίας τὸ σύμβολον δύο στοιχεῖα, τοῦ Χριστοῦ παραδηλοῦντα ὄνομα, διὰ τῶν πρώτων ὑπεσήμαινον χαρακτήρων, χιαζομένου τοῦ Ρ κατὰ τὸ μεσαίτατον: 'Sublimis hasta auro circumvestita cornu transversum habebat effictum in forma Crucis. Supra vero, in ipso culmine omnium, corona e lapidibus pretiosis et auro contexta infigebatur: juxta quam salutaris appellationis symbolum, duæ literæ Christi nomen exprimentes, per primos duntaxat characteres, littera Græcanica P scilicet decussata et scissa per medium ipso X.' Godschalc. Stewech. ad Veget. II. 18. p. 113. Constantinus Imp. et in cæteris negotiis religionis nostræ devotissimum cultorem se exhibuit; idemque in militiæ disciplina non neglexit. Alii Impp. imagines suas in signis præferri curaverant; hic Labarum in crucis effigiem mutavit; ipsamque crucis figuram hastis præferri curavit. Etiam tabernaculum in exercitu semper habuit, quo se recipiebat, Deo Opt. Max. preces suas oblaturus, ut testantur Historiæ Tripartitæ. Signa quoque clypeorum sui exercitus cruce idem exornari voluit, atque ipsi Labaro Christi nomen adhiberi curavit; teste hic Prudentio. Et paulo ante: 'Agnoscas Regina lubens,' &c. Quod autem Labarum clypeorumque insignia CHRISTI nomine inscripta dicat Prudentius; id arbitror Græcis literis factum fuisse, eo fere modo, quo id repræsentant veteres nummi, inter quos reperiuntur Magnentii, in quibus ipsius effigies cum tali inscriptione: DN. MAGNENTIUS P.F. AUG. in cujus parte versa tale exaratum signum, cum eadem inscriptione:

Nummus Magnentii.

Ignari Græcarum litterarum homines majorem illam literam mediam putarunt esse P Latinum, cum sit ρ Græcum. Natus autem ex ejusmodi signis error, ut in omnibus fere libris, quibus Ecclesia Romana utitur, nomen Christi scriptum et impressum videamus, hoc modo, Xp̃s, Xp̃i, Xp̃m. Et ad III. 17. Euit in exercitu Romanorum signum militare, quod Labarum vocabant. id signum in multo majore honore, quam alia, propterea fuit, quod semper Imperatorem antecedere, et a militibus adorari consueverat; ut docemur a Sozomeno I. 4. Paulo Diacono l. XI. Vide Cæl. Rhodig. X. 3. Turneb. XV. 16. Photium Biblioth. p. 765. Cæsar. Baron. tom. III. Annal. p. 98. et 99.

488 *Clypeorum insignia Christus*] Lips. ibid. c. 16.

490 *Ipse Senatorum clarissimus ordo*] Jam olim Senatus appellabatur Ordo Clarissimus: sed postea clarissimus poni cæpit ἁπλῶς pro Senator, et ita passim apud Ammian. Marcellin. aliosque historicos, et in utroque Codice. Ita fœminæ clarissimæ sunt Senatorum conjuges, ut apud Tertullian. ad Seapulam, et Augustin. de civit. Dei XXII. 8. et in multis legibus Codicis. Sic etiam Clarissimas ἁπλᾶς

nominarunt. Paulinus in Vita Ambrosii: ‘Per idem tempus trans Tiberim apud quandam clarissimam invitatur, ut sacrificium in domo offerret.’ Isaac. Casaubon in Not. ad Lamprid. p. 320. et Vopisc. p. 508. Adisis Lips. de magnitud. Roman. IV. 2.

491 *Qui tunc concreto processit crine*] Squalidus enim sordidus, et productus reorum capillus. Fortunatus de S. Martino lib. IV. ‘Et longa cathena reorum Accrescente coma.’ Vide Erhardi Symbol. ad Petron. p. 680.

509 *Nubila discussit*] Adrian. Isagoge in S. Scripturam p. 14. Τὴν χαρὰν ἤ τοι ζωὴν, φῶς λέγει πολλάκις· καὶ τὴν λύπην ἤ τοι τὸν θάνατον, σκότος· ἀπὸ τοῦ τοὺς μὲν ἐν εὐθυμίᾳ διάγοντας, προβλεπτικωτέρους πως εἶναι ἐν τοῖς πράγμασι· τοὺς δὲ ἐν ἀθυμίᾳ καθεστῶτας, μηδὲ ἐν ποσὶ καθορᾷν δύνασθαι· καὶ τῶν μὲν ζώντων εἶναι τὸ βλέπειν τό φῶς· τοὺς δὲ ἀποθνήσκοντας ἐν σκότει διατελεῖν· &c.

525 *Laurea victoris Marii*] Sallust. de bello Jugur. c. 113. et 114. Ovid. Pont. IV. 3. Plutarch.

528 *Extincto justa inter vincla Cethego*] Sall. Cat. c. 55. Juven. Sat. X.

545 *Pulcherrima mundi Lumina*] Epictetus cum ab Hadriano Imp. interrogaretur, quid esset Senatus, ‘Ornamentum,’ dixit, ‘urbis, splendor civium.’ Sic legati a Pyrrho interrogati, quid de Romanis sentirent, responderunt: Urbem sibi templum visam, Senatum vero Regum consessum. Petronius vocat Senatum ‘recti bonique præceptorum:’ Cicero, ‘principem salutis publicæque mentis.’ Ammian. Marcellin. ‘asylum mundi totius.’ P. Brossens ad Cassiod. p. 402.

547 *Candidiore toga*] Lips. Elect. I. 13.

553 *Generosus Anicius*] Videsis Cæs. Baron. tom. IV. Annal. p. 897. et seqq. itemque tom. III. pag. 112. et 113.

563 *Jure potestatis fultos*] Lege Augustin. D. C. II. 22. et III. 24.

575 *Gentilibus obsita nugis Ingenia*] Benbellon. in Suscitab. parte I. c. 13. pag. 184.

578 *Splendentemque die medio non cernere Solem*] Homer. Odyss. XI. de Cimmeriis: Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν.

581 *Omnis, qui celsa scandit cænacula, vulgus*] Turneb. XIII. 11. Homines Romæ mediocris fortunæ suarum ædium partem superiorem inquilinis locare solebant, imam sibi retinebant: sed et erant, qui cænacularium faciebant. Itaque pauperes cænacula conducebant, cum in suo non habitarent. Juven. Sat. X. ‘Rarus venit in cænaculâ miles.’ Horat. Epist. I. 1. ‘Quid pauper? ride, cænacula mutat.’ Qui autem omnium tenuissimi erant, cænacula tegulis proxima conducebant. Sueton. de Orbilio in lib. de illust. Gramm. ‘Namque jam persenex pauperem se, et habitare sub tegulis, quodam scripto fatetur.’ Martial. Epig. I. 162. ‘Et scalis habito tribus, sed altis.’ Significat enim, se ultimo cænaculo habitare, sub tegulas. Vide eundem Turneb. IV. 15.

582 *Quique terit silicem variis discursibus atram*] De lectica Lips. Elect. I. 19. Vide et cent. miscell. Ep. XI. Hinc apud Catull. Epig. XII. Ad lecticam homines, lecticarii sunt, quos habere soliti erant Bithyniæ reges, et invenerant. Cicer. Verrin. VII. ‘Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat pellucidus Melitensi rosa farctus.’ Turneb. XXIII. 6. XXIV. 5. XXIX. 24.

583 *Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis*] Gradilis panis quibusdam in gradibus plebi Romanæ dividi viritim quotidie solebat. Turneb. XI. 6. et XXVI. 34. Lips. Elect. I. 8. et de magnit. Rom. II. 10. Cujac. observat. XXVI. 17.

585 *Quo cinis ille latet*] D. Petrum sepultum esse in Vaticano, ostendit hic Prudentii locus. Sed quod ad

loci spectat faciem, fuisse illam partem Vaticani olivis feracem, et fonte irriguam; idem Prudent. docet Peristeph. XII. 31.

586 *Lateranas ædes*] Baron. tom. III. Annal. pag. 115.

596 *Fastorumque arce potiti*] SicVal. Max. IV. 4. Poplicolam, Fastorum columen indigitat, quia primus Cos. fuit, aut supremo loco in Fastis potitus. Christ. Coler. ad Val. Max. p. 546.

606 *Tercentum sensisse senes*] Certum esse senatorum numerum oportebat, consentientium, ut legitimum Senatusconsultum fieret. cum enim ordo infrequens erat, nec numerum legitimum implebat, per infreqnentiam Senatusconsultum fieri non poterat, aut cum freqnens, nisi ad certum numerum consentirent in unam sententiam. ea de re scribit h. l. Prudentius, qui et trecentorum numerum definit. Coufer Lips. de magnit. Roman. IV. 2.

607 *Infirma minoris Vox cedat numeri*] Major enim pars concludit; ut est in proverbio. Pertinet hnc illud Hegesippi v. 15. 'Lex nempe naturæ eadem omuibus hominibus, volatilibus, feris, bestiis infusa, ut unusquisque cedat potentiori.' Plura hunc in sensum require apud ingeniosissimum P. Fabrum Semest. II. 2.

612 *Qua vocat egregii*] Benbell. in Suscitab. part. II. cap. 12. pag. 84.

629 *Iliacæ matris Megalesia*] Gyrald. histor. Deor. Syntagm. XVII. pag. 472.

Bacchica] Gyrald. ibid. p. 473.

Nysi] Nonn. Dionys. IX. pag. 250. Λοχευομένῳ δὲ Λναίῳ Πατρῴην ἐπέθηκεν ἐπωνυμίην τοκετοῖο, Κικλήσκων Διόννσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων Ἥιε χωλαίνων Κρονίδης βεβριθότι μηρῷ· Νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει. Alias etymologias conscripsit, decus et amor noster, Rittershusius, ad Oppian. Cyneget. I. 27. et Macrob. Sat. I. Hygin. fab. 167.

630 *Isidis amissum semper-plangentis Osirim*] Lactant. I. 21. Plut. de Iside et Osiride. Jul. Firmic. Matern. de errore profan. relig. pag. 4. et seqq. Scholiast. Juvenal. ad Sat. VIII. illa verba: 'Exclamare libet, populus quod clamat, Osiri Invento.' Gyrald. hist. Deor. Syntagm. VIII. pag. 271. Lucianus de Dea Syria. Appian. lib. IV. de bello civili. Euseb. præparat. Evang. II. 1. Per Osirim autem, Apim bovem intelligunt, quem colunt Ægyptii veluti Osiridem: teste Plin. VIII. 46. Et forte Hebræi in cultu vituli Ægyptios idololatras imitati sunt. Ægyptus enim idololatriæ mater appellatur, in Decret. causa quæst. XXVI. 2. Sed et illud. Apud Athenæum Anaxandrides sic alloquitur Ægyptios, l. VII. *βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς.* Meminit et Aristot. Eudemior. I. 5. Herodot. in Thalia. Oros. XI. 8. Cl. Alexand. Strom. I. pag. 139. et protrept. p. 11.

633 *O linguam*] Benbell. in Suscitab. part. II. c. 8. pag. 50.

642 *Splendorem nitidi dentis*] Basil. Seleuc. orat. I. in Noam: Καθάπερ χρυσὸν ἐν βορβόρῳ θεωρήσας ἀστράπτοντα, καὶ θησαυρὸν ἀρετῶν ἐν δυσώδεσί τάφοις κρυπτόμενον.

644 *Ne me nimium confidere quisquam Arguat*] 'Qui sua metitur pondera, ferre potest;' ait poëta. Eleganter Menander: Τὸ γνῶθι σαυτόν ἐστιν, ἂν τὰ πράγματα Ἴδῃς τὰ σαυτοῦ, καὶ τί σοι ποιητέον.

658 *Ne tractum sine fine ferat fastidia*] Pindari vox est, Pyth. X. γλυκὺ ἀνθρώπῳ τέλος. Diogenes, cum prolixum volumen recitans eo tandem pervenisset, ut libri finem videret: 'Bene,' inquit, 'amici, γῆν ὁρῶ, terram video.' Iterum Dircæus Olor, Nem. VII. Ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις Ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ· κόρον δ' ἔχει Καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' Ἀφροδίσια. Ibid. od. X. ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι. Pyth. I. Ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει Αἰανὴς ταχείας ἀπάδις. Arnob. l. IV.

'Ne forte prolixitas fastidium audientiæ pariat, cessabimus ire per singula.' Cassiodor. Epist. III. 21. 'Humanæ consuetudinis mos est, ut fastidium præstet omne, quod satiat.' Et VII. 36. 'In continuatione rerum magnum mentibus constat esse fastidium. Dulcedo mellis, si assidue sumatur, horrescit: serena ipsa, quamvis magnopere desiderentur, jugiter adepta sordescunt. non immerito: quia cum sit homo commutabilis, naturæ suæ desiderat habere qualitates.

AD LIB. II. CONTRA SYMMACH.

PRÆF. 6 *Captans flumina linteis*] Salvian. lib. I. de gubernat. Dei: 'Gubernator navigans et anras captans, et saxa vitans, et astra suspiciens.' Ita Æn. III. 513. 'Haud segnis strato surgit Palinurus, et omnes Explorat ventos, atque auribus aëra captat.'

11 *Clamor nauticus æthera ferit*] Βοὴ ἵκετο αἰθέρα δῖον. Homer.

13 *Cum stridore rudentium*] V. N. Trist. I. 3. vs. 111. Robortell. in Face Gruteri Crit. tom. I. p. 1444.

18 *Calcantem pedibus mare*] Cathem. IX. 49. περὶ στεφ. X. 945. Apoth. vs. 721.

38 *Qui sit non stabili fide*] Περὶ στεφ. IV. 61.

56 *Quo nunc nemo disertior*] Fuit enim Symmachus revera ἀνὴρ δεινὸς, καὶ πολλῶν ἔμπειρος, καὶ περὶ τὸ λέγειν γεγυμνασμένος, ut loquitur Isocrat. in Panathen.

LIB. II. 7 *Armorum dominos*] Constantini filii fuerunt, Constantius et Constans, boni patris partus dissimilimi. Constantius cæsus, et in flumen projectus est: Constans cum domo, in quam fugerat, crematus: interitu ipsorum nemo doluit. Autor incertus ita canit de patre et filiis, quasi præsagio quodam: 'Hoc melius fœtu terris nihil ante dedisti, Nec dabis; exæquent utinam sua pignera patrem.' Fabric.

18 *Victoria dulcis Fortibus*] Sophocles Philoct. Ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν. Oppian. Halieut. IV. 105. Νίκης γλυκύδωρον κράτος. Eurip. in Bacchis vs. 877. Τί τὸ σοφὸν, ἢ τὸ κάλλιον Παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς, Ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς Τῶν ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν; Ὅ, τι καλὸν, φίλον ἀεί;

28 *Rutilas Victoria pennas*] Drepan. Pacatus panegyr. 'Recte profecto germana illa pictorum poëtarumque commenta Victoriam finxere pennatam; quod hominum cum fortuna euntium non cursus est, sed volatus.' Porphyrius: Τὰς δὲ Μούσας ἐπτέρωσαν, καὶ τὰς Σειρῆνας· κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τήν τε Νίκην, καὶ τὴν Ἶριν, καὶ τὸν Ἔρωτα καὶ τὸν Ἑρμῆν. Augustin. de C. D. IV. 14. et 17. Turneb. III. 12. et XXVII. 2. Ovid. Amor. III. 2. Matth. Schickerad. in epist. Crit. lit. D. I.

40 *Jure poëtarum*] Simonides, autore Plutarcho, τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν προσηγόρευσεν, τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν. Confer P. Victor. Var. Lect. XXII. 24.

47 *Cognatumque volunt figmenta Camœnæ*] Gifan. in Ind. Lucr. p. 342. [v. *fac.*] 'H. e. idem volunt figmenta Camœnæ Egeriæ. 'Egeriam Camœnam,' quia grata Camœnis. Ovid. Fast. III. 'Egeria est, quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis: Illa Numæ conjux, consiliumque fuit.' Eodem ergo pertinet figmentum illud Numæ de Egeria. Trinam autem potestatem fallendi vocat picturam fingendique artem, superstitionem, et poësim. Hinc omnia idola extitisse. 'Convaluit' mire usus est, q. v. d. tria illa simul fecerunt ut valerent, i. e. effecerunt, et confirmarunt. Ita fere et alibi eo utitur verbo in Hamartig. vs. 190. 'Viderat argillam, simulacrum et structile flatu Convaluisse Dei.' Sic v. l. vulg. *concaluisse*. Deinde quasi occupatione: Hæc si non ita sunt: si, inquam, ea non est origo idolorum; si ab illis tribus, poësi maxime et pictura ac fingendi arte ea non manarunt; cur sacra vobis ex tabulis (s.

pictis) cerisque, hoc ad fingendi artem, &c. Cur, inquam, Berecynth. &c. ita ab exemplo confirmat, cur ergo Galli Cybeles se excidunt: *cum*, i. e. nisi quia (observa usum particulæ 'cum,' ut et mox) poësis castraverit Atym? quod est, ex fabulis poëticis cognoscitur, Atyn castrasse se. Et certe ad ejus exemplum, Catullo etiam teste, sibi virilia amputabant Galli testa Samia. Deinde, cur etiam templo Triviæ, &c. aliud argumentum ab exemplo elegantissimum. Cur a templo Dianæ arcentur equi, *cum*, i. e. nisi quod Musa seu poësis pudicum illum Hippolytum raptarit, h. e. raptatum faciat volucri et celeri cursu equorum, atque ita dilaceratum miserrime; illum, inquam, juvenem venandi studiosissimum, eaque de causa Dianæ gratissimum? Hinc apud Ovid. Fast. III. 265. ubi de nobili illo Dianæ Nemorensis luco: 'Hic latet Hippolytus loris discerptus equorum: Unde nemus nullis illud aditur equis.'.... Postremo ait ex ipso pariete Dianii, in quo depictam innuit fuisse hanc de Hippolyto historiam, satis perspicuum esse, quod dixerat,' &c.

51 *Cur Berecynthiacus perdit truncata*] Περὶ στεφ. X. 1066. Fulgent. mytholog. lib. III. mihi p. 143.

54 *Cum Musa pudicum Raptarit*] Muret. Var. Lect. I. 12. Seneca Hippol. Græc. Epigramm. Σωφροσύνη καὶ Ἔρως κατεναντίον ἀλλήλοισιν Ἐλθόντες, ψυχὰς ὤλεσαν ἀμφότεροι. Φαίδρην μὲν κτεῖνεν πυρόεις πόθος Ἱππολύτοιο, Ἱππόλυτον δ' ἁγνὴ πέφνε σαοφροσύνη. Ovid. Met. XV. 497. Virg. Æn. VII. 765.

62 *Suspende exuvias*] Polyb. lib. V. Ἐν τε ταῖς οἰκείαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ σκῦλα, σημεῖα ποιούμενοι καὶ μαρτύρια τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς. Adi Lips. de Milit. Rom. l. V. Dial. 17. et notas Trist. III. 1. vs. 33.

72 *Sic urbibus adfert Hora diesque suum*] P. Gregor. Tholos. de Repub. XXI. 3. n. 18.

74 *Aut fatum, aut genium*] Turneb. adv. XIII. 12. P. Faber Semest. I. 9.

85 *Uno omnes sub sole siti*] Ambros. Hexaëm. V. cap. 8. 'Omnibus in commune elementa donata sunt: patent æque divitibus atque pauperibus ornamenta mundi.'

99 *Quippe minor natura*] Apoth. vs. 901.

125 *Nam quantum subjecta*] Hesiod. Theogon. Ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης, Lucr. IV. 419. 'A terris quantum cœli patet altus hiatus.' Theodoret. Gr. Aff. I. 'Ita et Astronomis credunt, qui ad eorum scholas accedunt, cum videlicet vel astrorum numerum colligunt, vel intercapedines metiuntur, quibus a se invicem distant; quotque insuper stadiorum millia cælum, quod oculis intuemur, a terra subductum sit. Cumque in ea tradenda dimensione, magna sit inter Astronomos differentia: alii siquidem quadringenties septuagies dena stadiorum millia interesse aiunt, alii pauciora, nonnulli vero etiam multo plura: suis tamen discipuli præceptoribus se accommodant, creduntque ita rem esse, sicut ab illis dici audierunt.' Vide Bodin. in Naturæ theatro lib. V. et alios.

142 *Ne torpens, et non exercita virtus*] Arrian. dissert. Epictet. IV. 3. Isidor. Pelus. Ep. III. 93. et 96. Notas Pont. I. 6.

146 *Vincenda voluptas*] Lactant. VI. 22. Nilus in paræuet. n. 227. Μακάριος, ὁ τὰς ἡδονὰς πατῶν. τρέμουσι γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν πάλην οἱ δαίμονες.

149 *Inter acerba sectandum virtutis iter*] Eurip. Ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων.

156 *Et externos animum diffundat in agros*] Basil. M. homil. εἰς πλουτοῦντας.

180 *Judex corrumpitur auro*] Divine Aristoteles ad Alexandrum apud Galterum I. 115. 'Si lis inciderit, te judice; dirige libram Judicii: nec flectat amor nec munera palpent: Nec moveat stabilem personæ acceptio mentem,' &c.

Judex corrumpitur auro] Supra περὶ

στεφ. X. 655. et 657. Jacob Magnus Sophiolog. VIII. 1. 'Non possum neque debeo silentio præterire aviditatem ingluviemque quorundam leguleiorum, quo jura venditant, quo paupères opprimunt, inopis causam derelinquunt, cum judice corrupto clam conjurant, et palam consentiunt, apud egentes et nil æris habentes se mutos reddunt, occupatos se clamant, collum fasciis obstringunt, morbum Demosthenis fingentes; adversus hanc corruptelam Petronius cecinit Arbiter. Amore justitiæ nequaquam excitantur ad operam, sed talpis segniores virtutis vexillum ut desertores fugiunt. Ubi autem lucrum apparuerit, splendor auri dolosusque nummus refulserit, ubi sapor vini et pretiosi muneris adorea narium fores pulsarit; non solum codices et cartas, sed et pedes, manus, os, linguam, totamque corporis substantiam promittunt.'

195 *In ipsis Seminibus, natura docet revirescere*] V. N. ad Dracont. vs. 477. Ambros. de interpellat. cap. 7. et de resurrect. fide cap. 11. sup. Cathem. X. 121. Cyprian. contra Demetrian. p. 142.

220 *Ipse ego sum, virides oleas*] Dent. XI. 14.

221 *Graia quas Pallade fingitis ortas*] Olea Minervæ sacra est, autore Plin. lib. XII. Hygin. fab. 164. Unde et Palladia arbor cognominatur a poëtis, ut apud Silium lib. I. Ideo autem illi fuit consecrata; vel quia signum pacis erat. Virg. Æn. XI. 101. 'Velati ramis oleæ, veniamque precantes.' Et VIII. 116. 'Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.' Statius Theb. XII. 492. 'Supplicis arbor olivæ.' Ovid. Pont. I. 1. 'Pacatæ ramus olivæ.' Ubi V. N. vel quia semper viret olea, oleumque adeo nihil admixtum habet jucundi. Plin. XVI. 44. Theophrast. IV. 15. Aristot. de mirabilib. auscultat. Hinc Pallas accipi pro ipso solet oleo. Ovid. Trist. IV. 5. 'Anima hæc moribunda revixit; Ut vigil infusa Pallade flamma solet.'

246 *Et quæ saxa Paros secat*] Marmorum genera præstantissima, et distincta coloribus, quinque enumerat: Parium candidum, Numidicum flavum, Laconicum viride, Ægyptium purpureum, Sinnadicum maculosum. Isidorus Orig. XVI. 5. Plin. XXXV. 1. Virgil. Paron insulam appellat niveam. Martial. in balneo Tuccæ: 'Quod Phrygia Sinnas, Afra quod Nomas mittit, Et quod virenti fonte lavit Eurotas.' Statius lib. II. Silv. Surrentin. Pollii: 'Hic Graiis penitus desecta metallis Saxa. Quot Eoæ respergit vena Syenes, Sinnade quot mœsta Phrygiæ fodere secures Per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto Candida purpureo distinguitur area gyro. Hic et Amiclæi cæsum de monte Lycurgi Quod viret, et molles imitatur rupibus herbas. Hic Nomadum lucent flaventia saxa, Thasosque, Et Chios, et gaudens fluctus spectare Caristos.' Idem Silv. I. Epithalam. stellæ: 'Hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum Saxa virent: hic flexus Onyx, et concolor alto Vena mari, rupesque nitent; queis purpura sæpe Œbalis, et Tyrii moderator livet aheni.' Item ibid. balu. Etrus. et IV. Silv. Epulo Domitiani. In templorum ornamentis eædem species adhuc extant Romæ et Senis, inquit Fabric. ex antiquitate passim collectæ et reservatæ.

249 *Templum mentis amo*] Supra περὶ στεφ. X. 346. Lactant. divin. inst. epitome cap. 3. 8. 9. de falsa relig. I. 20. V. 8. et VI. 2. Cl. Alexand. V. Strom. scribit, præ foribus templi in Epidauro inscriptum fuisse versum: Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἔντος ἰόντα Ἐμμεναι. Ubi postulatur quidem ab intrantibus mentis integritas; sed unde petatur, inscriptio illa docere intrantes non potest. Ibidem Epicharmus Comicus vitam æternam pollicetur

mentis puritatem afferentibus: Εὐσεβὴς νῷ πεφυκὼς, οὐ πάθοις γ' οὐδὲν κακὸν κατθανὼν, ἄνω τε πνεῦμα διαμένει κατ' οὐρανόν.

253 *Pudor almus*] Nilus in parænet. n. 85. Ἀκακίαν ἄσκει τῇ καρδίᾳ, καὶ ἁγνείαν τῷ σώματι. ταῦτα γὰρ ἄμφω σε θεοῦ ναὸν ἀπεργάζεται.

263 *Seque inclinavit ad orbis Divitias*] Sup. περὶ στεφ. x. 375.

272 *An veterem tantum morem*] 'Fugiamus consuetudinem,' ait Cl. Alex. protrept. 'fugiamus tanquam scopulum difficilem, aut Charybdis minas, aut fabulosas Sirenas. Suffocat hominem, a veritate avertit, abducit a vita, est laqueus, est barathrum, est malum ventilabrum consuetudo.'

281 *Quicquid posterius successor*] Cic. Acad. Quæst. I. 'Recentissima quæque sunt correcta, et emendata maxime.'

284 *Ilignis melius saturatur glandibus alvus*] Ante fruges repertas, glandibus ceu pane victitasse poëtæ fabulantur. Virg. Georg. I. 'Chaoniam pingui glandem mutavit arista.' Et paulo inferius: 'Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit, cum jam victum Dodona negaret.' Ovid. Fast. v. 'Quernaque glans victa est utiliore cibo.' Plin. VII. 56. et XVI. proœm. et ibid. c. 5. et 6. Pausanias in Arcadicis Pelasgo assignat inventum, non quernis sed faginis vescendi glandibus: fuitque Arcadibus tam diuturnus glandium cibus, ut Apollo hunc illis, in oraculo Lacedæmoniis dato, victum attribuerit: πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν, &c. Alexand. ab Alexandro III. 11. Ælian. Var. Hist. III. 39. Erasm. adag. ἄλις δρυός. Boëth. II. Met. 5. Apollon. Argonaut. l. IV. Artemidor. Onirocrit. II. 25.

285 *Primi homines cuneis scindebant fissile lignum*] Veteres non securibus, sed cuneis ligna scindebant. Coler. ad Val. Max. p. 605.

289 *Redeamus ad antra*] Lucr. v. 1415. 'Posteriorque fere melior res, illa reperta Perdit, et immutat sensus ad pristina quæque. Sic odium cepit glandis: sic illa relicta Strata cubilia sunt, herbis et frondibus aucta. Pellis item cecidit, vestis consumta ferina est,' &c. Vide ibid. vs. 939. Arnob. lib. II. mihi p. 92. 'Quid enim si hoc modo culpam velimus infligere prioribus illis atque antiquissimis seculis, quod inventis frugibus glandes spreverint et repudiaverint arbuta, quod corticibus contegi, et amiciri desierint pellibus, postquam vestis excogitata est textilis, usu et commoditate succinctior? aut quod structis domibus, et lautioribus successibus institutis, non antiquas adamaverint casulas, nec sub rupibus et cavernis præoptaverint, ut beluæ, permanere? Commune est omnibus, et ab ipsis pæne incunabulis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia præponere, et quod esse constituerit pretiosius, lætius id consectari et petere: in eoque defigere spem salutis, et salutarium commodorum.'

294 *Præcipitet Scythica juvenis pietate vietum de ponte*] Cicero pro Sex. Roscio: 'Habeo etiam dicere, quem contra morem majorum minorum LX. de ponte in Tiberim dejecerint.' Varro in Sexagesi: 'Vix ecfatus erat, cum more majorum ultro casnares arripiunt: de ponte in Tiberim deturbant.' Non. Marcell. Ovid. Fast. v. 620. Proverb. 'Sexagenarios de ponte.' item, festivum epigramma apud Erasm. adag. 'Risus Sardonius.'

296 *Cædibus infantum fument Saturnia sacra*] Augustin. de C. D. VII. 26. Tertullian. apologet. cap. 9. et adversus Gnosticos. Justin. Mart. apolog. I. Plin. XXXVI. 5. Johan. a Wouwer ad Minuc. pag. 160. Plato in Minoë. Cæl. Rhodigin. XIII. 23. Plut. de superstitione. Theodoret. Græc. affect. lib. VII. Origen. lib. v. contra Cel-

sum. Plut. de sera Numinis vindicta.

300 *Pelle Libystidis ursæ*] Turneb. XXVIII. 19. Multis abundat feris Libya; ideoque inde pulcherrimæ solebant adferri pelles. Δέρμα, inquit Hesychius, Λέβυκὸν, ὡς κάλλιστον. ideo Libycæ pelles pro pulchris ponuntur. Virg. Æn. VIII. 'Effultum foliis, et pelle Libystidis ursæ.'

315 *Tardis semper processibus aucta Crescit vita*] Lucret. v. 1389. 'Sic unumquicquid paullatim protrahit ætas In medium, ratioque in luminis eruit oras.' Idem ibid. vs. 334. et 1106. et III. 979. Senec. de benefic. III. 29. Cic. 'Omnium rerum parva sunt principia, quæ suis tamen usæ progressionibus augentur.'

318 *Infantia repit*] Senec. ep. 122. Lucr. l. III. vs. 346.

322 *Ultima consiliis melior*] Tiraquell. tom. I. de jure primigen. præfat. Manil. II. 842.

326 *Ceu quadrupes*] Sphingis ænigma illud docet, quod allegat Scholiastes Euripid. in Phœniss. hunc in modum: Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τέτραπον, οὐ μία φωνὴ, Καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν Ἕρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον. Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ, Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ. Ille vel ad veterem elegans Græciam Rhodomanus ita vertit: 'Quid pedibus binis, trinis, graditurque quaternis? Cui vox una, unam quod mutat tempore formam, E cunctis, quæ pascit humus, fert pontus et aër. Promovet at multo cum se pede, tardior illi Est gradus, exiguæque latent in corpore vires.' Explicat id etiam Diod. Sicul. IV. 6. Vide et Natal. Comit. IX. 18. Hygin. fab. 67. Palæphat. lib. I. pag. 113.

345 *Posuisse in collibus aras*] Adi, si libet, Natal. Comit. I. 10.

351 *Bimaris Corinthi*] Muret. Var. Lect. I. 7. Sidon. Apollinar. Panegyr. Anthem. vs. 475. 'Tendis et in bimarem felicia regna Corinthon.'

353 *Quasdam victa dedit capitis Cleopatra canini*] Propert. lib. IV. de Cleopatra: 'Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubim, Et Tiberim Nili cogere ferre minas, Romanamque tubam crepitanti pellere sistro.' Arnob. lib. VI. 'Anubis canina cum facie.'

354 *Capitis canini*] Carol. Paschal. Coron. IX. 26.

355 *Cornutas facies*] Carol. Paschal. Coron. X. 4.

356 *Roma triumphantis quoties*] Saresber. VIII. 7. p. 480.

394 *Fluxit ab uberibus*] Hyginus fab. 252. Propert. II. 6. Ovid. Fast. II. Lactant. I. 20. Supra περὶ στεφ. X. 611.

396 *An cum vulturibus*] Plin. X. 6. et XX. 7. Rhodigin. XXVIII. 8.

415 *Regius exortam jam tunc habuit*] Lucr. V. 1137.

430 *Caput augustum diademate*] Paschal. Coron. IX. 16.

461 *Aut cur rubrica minetur*] Turneb. IV. 5.

470 *Nemo nocens, si fata regunt*] Panegyr. Constantino Const. fil. dictus: 'Usurpabo nimirum illa communia omnium facinorum patrocinia, quæ tamen plerunque etiam a sapientibus asseruntur. Neminem hominem peccare, nisi fato, et ipsa scelera mortalium actus esse fortunæ: contra autem, Deorum munera esse virtutem.'

479 *Seque altius effert Sideribus*] Scite Chrysost. Homil. XXII. in Epist. ad Hebræos: Παντὸς πτεροῦ κουφότερος καὶ ὑψηλότερος ὁ ἡμέτερος νοῦς. ὅταν δὲ καὶ τὴν παρὰ τοῦ πνεύματος λάβῃ χάριν, βαβαὶ, πόσον ἐστὶ ταχὺς, πῶς ὀξὺς, πῶς πάντα περινοστεῖ, πῶς οὐ καταφέρεται οὐδὲ καταπίπτει πρὸς τὸ ἔδαφος; ταῦτα κατασκευάσωμεν ἡμῖν τὰ πτερά. διὰ τούτων καὶ τὸ πέλαγος διαπτῆναι δυνησόμεθα τοῦ κλύδωνος τοῦ παρόντος βίου. Vide Apotheos. vs. 874. Pisides hexaëm. vs. 730. Ἡ πῶς μέγιστον ὄμμα τῆς ψυχῆς ἔφυ, Καὶ τῶν ἀδήλων ὀπτικοὺς ἔχει πόρους· Καὶ νῦν μὲν εἰς γῆν ταῖς ἐνεργείαις μένει, Νῦν δὲ πρὸς

αὐτὸν ἄλλεται τὸν αἰθέρα· Καὶ πτηνὸς ἀρθεὶς, καὶ τὸν ἥλιον φθάσας, Τὰς τῶν ἄνω τε καὶ κάτω ζητεῖ φύσεις, &c. Καὶ πολλὰ κάμνει, καὶ τὸν ἔσχατον πόλον Δοκεῖ παρελθεῖν, &c.

491 *Pallas ut Argis*] Pallas Argiva σάλπιγξ dicebatur, et colebatur Argis; de qua Eustath. in Iliad. VI. Gifan.

492 *Cynthius ut Delphis*] Lactant. de falsa relig. I. 15.

514 *Corybantibus*] Natal. Com. II. 1. p. 81. et 82.

523 *Laurum Cytharœdi*] Hygin. fab. 203.

524 *Silvicolæ*] Pro *Fauno;* per ἀντωνομασίαν. Fabric.

Arcumque puellæ] I. e. Dianæ. I. in Symmach. 364. Juven. Sat. XIII. 'Per calamos venatricis pharetramque puellæ.'

527 *Signum Symphonia belli*] Symphoniaci et cantores apud Ægyptios maxime in usu. Vide Lindenbrogium ad Catalecta Scal. p. 336.

530 *Liburnas*] Turneb. XII. 14.

533 *Quem miserat Algidus*] Quomodo Horat. Algidum, XII. pass. millibus ab urbe distantem, dixit nivalem; ita hic eidem tribuit gelidum axem; et per eum Synecdochice totam Italiam, unde exercitus Octavii collectus erat, intelligit. Giselin.

543 *Num Diomedis item tentoria*] Capto Ilio, Diomedes et Ulysses Græci Palladium ex arce sustulerunt. Augustin. de Civit. Dei I. 2.

546 *Aut quoties ductor Macetum*] Q. Curt. in sua hist.

556 *Stantesque duces in curribus*] I. e. statuas triumphales.

561 *Si Brennum, Antiochum*] Romanorum hostes potentissimi memorantur, Brennus, dux Gallorum; Antiochus, Syriæ rex; Perses, Macedoniæ; Pyrrhus, Epiri; Mithridates, Ponti: qui magna ab ipsis gloria devicti sunt, a Camillo Brennus; ab Attilio Antiochus; ab Æmilio Perses, qui etiam in triumpho ductus est; a Fabricio Pyrrhus; a Pompeio Mithridates, qui annos cum Romanis quadraginta bella gessit. Brennus periit suo in se gladio usus, Antiochus familiarium ense, Perses in hostili carcere, Pyrrhus ictu tegulæ, Mithridates veneno: quas pœnas sacrilegii, superbiæ, parricidii, cupiditatis, tyrannidis non intulerunt ipsis a Prudentio recte irrisa numina, sed justa et vindex Dei justissimi et omnipotentis ira. Fabric.

565 *Corvinum*] Ovid. Fast. I. 'Aut corvi titulos auxiliaris habent.' Plut. in Mario Plin. VII. 48. Agell. II. 9.

568 *Infaustas tegerent cum funera Cannas*] De strage et clade Cannensi, Polyb. V. 18. Strabo in fine lib. VI. Lactant. II. 17. Frontin. II. 5. Oros. IV. 16. Valer. Max. I. 1. et 2. item II. 2. et passim. August. de C. D. III. 19. Sil. Ital. l. IX. per totum. Livius Dec. 3. l. II. Scholiast. Juven. Sat. VIII. Florus II. 6.

570 *Cornice vel oscine parra*] De superstitione, quæ in auguriis, consulantur Livius, Horatius, Plutarchus. In recentiorib. Alexander ab Alexandro, Tiraquellus Peucerus. Eleganter Varro irridet inscitiam an dementiam Romanorum, 'Deos ociosos et feriatos fore,' inquiens, 'si sua consilia corniculæ crederent aut corvo, hominibus judicanda.' Mordacius hic Prudentius. Mich. Piccartus Philosophus et Philologus eximius, lib. Periculorum Criticorum singulari cap. 6.

572 *Tercentum Fabios*] Livius l. II. dec. 1. Ovid. Pont. I. 2. et Fast. II. 195. Valer. Max. IX. 11. appellat, 'trecentorum inclitæ gentis virorum stragem.' Turneb. adv. IX. 29. Senec. de benef. IV. 30. et V. 3. Agell. XVII. 21. Florus I. 12. Silius II. 3.

573 *Carris Advolitans, prænuncia Crasso*] Florus III. 11. ibique Joh. Camertes. Plut. in Crasso. Strabo l. XVI. Ovid. Fast. VI. Eutrop. l. VI. Oros. VI. 13. Appian. in Parth. Ammian. Marcell. l. XXIII. Dio l. XL.

575 *Paphiam niveæ vexere columbæ*] Columbæ in Veneris tutela putabantur esse; ut et passeres et olores. Ideo vehiculum Veneris ab hisdem trahi finxerunt. Et Columbas Veneri esse sacras aves, Latinus etiam Poëta testatus est his verbis: 'Tum maximus heros Maternas agnoscit aves.' Et Apollodorus in lib. περὶ Θεῶν tradit, dicatam esse Veneri columbam, quod libidinosa inprimis sit avis. Unde quoque ipsi nomen impositum sit in Græco sermone a copioso coitu et, ut loqnitur, παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾷν, cum vocetur ab illis περιστερά. P. Victor. Var. Lect. III. 15. De passerib. Sappho, decima illa a Græcis Musa appellata: Ἄρμ' ὑποζεύξασα, καλοὶ δέ σ' ἆγον Ὠκέες στρουθοὶ, πτέρυγας μελαίνας Πυκνὰ δινέοντες ἀπ' ὠράν', αἰθέρος διὰ μέσσω. De Oloribus, Statius: 'Amycleos ad frena citavit olores.' Et Silv. III. coma Ear. 'Idalios Erycis de vertice lucos Dum petit, et molles agitat Venus aurea Cycnos.' Ibidem: 'Sic orsa, leves secum ipsa per auras Tollit, olorinaque jubet considere biga.' De Columbis, Anacreon εἰς περιστεράν. Statius Silv. III. ad Claudiam 'Dioneam columbam' appellat.

581 *Ductaque per mediam spoliorum fercula*] Lips. in Commentar. ad Plin. Panegyr. p. 41.

585 *Discordes linguis populos*] Supra περὶ στεφ. II. 417. Lips. de magnitud. Roman. I. 2. et seqq.

589 *Quo corda hominum conjuncta teneret Relligionis amor*] Eleganter noster Stigelius: 'Utque alios alii de relligione docerent, Contiguas Pietas jussit habere domos.'

604 *Tagus aurifluus*] Statius Silv. I. Tiburtino Manlii: 'Cujus stagnantia rura Debuit et flavis Hermus transcurrere ripis, Et limo splendente Tagus.' Plin. IV. 22. et XXXIII. 4. sup. περὶ στεφ. II. 193.

Magnus Iberus] Plin. VI. 10. Supra περὶ στεφ. I. 4. Beuther. in Disceptat. histor. p. 320.

605 *Corniger Hesperidum*] Plin. III. 5. Isidor. orig. XIV. 4. Dionys. in descript. orbis vs. 350. Aliqni intelligi autumant Eridanum; quo de Georg. IV. 371.

606 *Ganges*] In sacris Physon nominatur. Isidor. orig. XIII. 21. Cic. de N. Deor. II. Dionys. in descript. orbis vs. 625. M. Minuc. in Oct. p. 37. Alcim. Avit. I. 291. Q. Curt. l. VIII. Ælian. de nat. animal. XII. 28. Ovid. Trist. V. 4. et Met. IV. 21. Virg. Æn. IX. Victor Massiliens. in Genesin I. 258.

Septem ostia Nili] Nomina ostiorum Nili enumerat Ammian. Marcellin. l. XXII. Plin. V. 10. quem vide ibid. c. 9. Ovid. Met. V. 'Septem discretus in ostia Nilus.' Et l. XV. 'Perque papyriferi septemflua flumina Nili.' Et Amor. II. 13. 'Quaque celer lato Nilus delapsus ab alveo Per septem portus in maris exit aquas.' Et Eleg. V. 'Ille fluens dives septena per ostia Nilus.' Vide Herc. Ciofan. ad Met. IX. p. 189. Plura de eodem P. Faber Semest. III. 15. Alcim. Avit. I. 263. Herodot. in Euterpe. Apollon. l. IV. Jovius lib. XV. hist. Lucret. l. VI. Solin. c. XXXV. In Notis ad Victorin. Massiliensem in Genes. I. 267.

622 *Nam locus esse Deo*] Imperia itaque debent esse hospitia Ecclesiæ, et præsidia piorum: quale fuit Theodosii, Constantini, Caroli Magni, et aliorum paucorum. Fabric.

625 *Sic incompositos*] Sup. Psychom.

646 *Ut Tragicus Cantor ligno tegit ora carato*] Tragici primum nuda ora perungebant fecibus vinaceis, a quibus nonnulli Tragœdiam nomen accepisse opinantur, quasi τρυγῳδίαν: post ab Æschylo reperta persona, cujus operimento caput et os tectum undique. Hinc Varro dicit, 'Tragicos olim fuisse ore, fecibus perunctо: nunc gibbero prodire ore i. e. extanti et eminenti.' Anson. Popma in notis ad Varron. Scalig. ad Manil.

p. 398. Turneb. adv. IX. 29. Cantor hic est histrio vel actor fabulæ. Scholiast. Aristoph. ad *νεφέλας* : *Ἐπειδὴ τὴν τρύγα χριόμενοι, ἵνα μὴ γνώριμοι γένωνται, οὕτω τὰ αὐτῶν ποίημματα ᾖδον κατὰ τὰς ὁδοὺς, ἀμάξης ἐπικαθήμενοι· διὸ καὶ παροιμία, ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖν. ἤγουν ἀναισχύντως ὑβρίζει. τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ κωμικοὶ ποιηταί.*

668 *Nero matre peremta*] Sueton. VI. 34. Poëta innominatus: 'Quis neget Æneæ magni de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.' Fabric. Nero, Caligulæ avunculo suo simillimus, imperium diminuit, patriam incendit: matrem, uxorem, fratrem, præceptorem interfecit: partem Senatus maximam sustulit, tota vita et moribus portentum fuit, cædem Christianorum infinitam edidit. Boëth. de consolat. Philosoph. II. Met. 6. Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. c. 10. pag. 94. et seq.

671 *Post hunc et Decius*] Decius Imperat. post Neronem crudelissimus fuit, odio Philippi et ejus filii, qui primi Christum ex Impp. agnoverunt. Fabric. Euseb. hist. Eccles. VI. 38. et 40. Benbellon. in Suscitab. part. I. c. 13. pag. 131.

685 *Libyn Collinæ a cardine portæ Annibalem*] Juvenal. Sat. VI. 'Proximus urbi Hannibal, et stantes Collina in turre mariti.' Sidon. Apollinar. panegyr. Aviti vs. 131.

687 *Senonas Capitoli ex arce fugatos*] Florus I. 13. et III. 21. Livius l. V. Agel. V. 17. Augustin. de Civit. Dei II. 22. et III. 17. Veget. de re militari IV. 28. Plutareh. in Camillo. Virg. Æn. VIII.

695 *Tentavit Geticus nuper delere tyrannus*] Fab. Geticus tyrannus, pro rege Gothorum, quem superavit Stilico. Et Getæ, pro Gothis, qui occuparunt Italiam. vide inferius vs. 786.

696 *Patrio veniens ab Istro*] I. e. Gothorum dux Radagastus. Chronol. Funeeii p. 111. Hieron. in epitaphio Nepotiani. Hist. Magd. cent. V. c. 3.

Patrio veniens juratus ab Istro] Ita Massagetis sollemne juramentum, per Tanaim et Mæotidem paludem. Alex. ab Alex. V. 10.

698 *Mastrucis procereś vestire*] Turneb. X. 24. et XV. 23. 'Mastrucas quoque,' inquit, 'illis Septentrionalibus populis e pellibus, id est, vestibus scorteis, tribuit Prudentius.' Adi et Lips. ad Taciti Germaniam p. 95.

702 *Pervigil anser*] Florus I. 13. Plin. X. 22. et XXIX. 3. Livius dec. 1. l. V. Alex. ab Alexandro VI. 11. Plut. in Camillo. Sidon. Apollinar. Panegyr. Majorian. vs. 82. Cic. pro Rosc. Amerino. Arnob. l. VI. p. 200. et seq. Veget. III. 26. ibidemque Stewech. Columella VIII. 13. 'Anser solertiorem custodiam præbet, quam eanis. nam clangore prodit insidiantem; sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitolii, cum adventu Gallorum voeiferatus est, eanibus silentibus.' Unde Ovid. Met. XI. 601. 'Canibusve sagacior Anser.' Idem Fast. I. 453. Lucret. IV. 686. 'Humanum longe præsentit odorem, Romnlidarum arcis servator, candidus anser.' Basil. M. Hex. Hom. VIII. p. 38. *Πῶς ἄγρυπνον τὸ τῶν χηνῶν γένος καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν ὀξύτατον. οἵ γέ ποτε καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο, πολεμίους τινὰς ἀφανεῖς δι' ὑπονόμων ἀφανῶν ἤδη μέλλοντας τὴν ἄκραν τῆς Ῥώμης καταλαμβάνειν καταμηνύσαντες.*

706 *Pro patria*] Horat. Carm. III. 2. 'Dulce et decorum est pro patria mori.' Cic. I. Offic. 'Omnes omnium charitates patria una complexa est. Pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere?' Tyrtæus: *Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.* Pindar. Isth. VII. *Ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅστις ἐν Ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλα-Ζαν αἵματος πρὸς φίλας Πάτρας ἀμύνεται, Λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ Ἀστῶν, γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων Ζώων τ' ἀπὸ καὶ θανών.* vide Reusner. class. symbol. I. 33.

Et pulchram per vulnera quærere laudem] Virg. Georg. IV. 215. Æn. IX. de Niso: 'An sese medios moriturus in hostes Inferat et pulchram properet per vulnera mortem.'

712 *Hasta draconis*] Sup. περὶ στεφ. I. Georg. Schönborn. Polit. VI. 20.

719 *Quæ Pollentinos*] Pollentini campi in Hetruria, celebres excidio Gothorum, qui jam Liguriam et Venetiam (paulo ante vs. 766.) funditus everterant, ducibus Alarico et Radagasto: et in montibus Fesulanis maxima clade oppressi erant. De clade ista Gothica Augustinus ita ait, lib. v. de C. D. 'Radagastus Gothus uno die, ne uno quidem non dicam extincto, sed nec vulnerato, Romanorum amplius quam centum millia militum amisit.' Fabri. Paulus Diaconus in Arcadio. Oros. VII. 37. Histor. Magdeburgens. cent. v. cap. 3. Osiand. cent. v. lib. primo, cap. 17.

721 *Camillo*] Plut. in Camillo. Sidon. Apollinar. panegyr. Athen. vs. 526.

723 *Sertis redimire*] Rebus lætis et militia prospera, qua templa et turres, qua januas ædium, ornari tam floribus, quam ramis, ac vittis receptum. Juven. Sat. VI. 'Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit Vela domus, et adhuc virides in limine ramos.' Turneb. XXII. 12. et XXV. 4. Claudian. Magnete: 'Festa frondentia myrto Limina cinguntur.' Statius Silv. I. 'Fronde virent postes, et fervent compita flammis.' Confer Barthium ad Cirin vs. 95.

726 *Quos spargam flores*] Lips. ad Annal. Tac. XIV. Adi et Sueton. in Augusto c. 18.

Quos spargam flores] Alloquens principem Romanum, cupit eum colere coronis floreis. Paschal. Coron. II. 13.

727 *Quæ festis suspendam pallia portis*] Virg. Æn. XII. 'Votas suspendere vestes.' Turneb. VIII. 16.

740 *Baianis resolutus aquis*] Sidon. Apollinar. panegyr. Majorian. vs. 342. 'Non sic Barcæus opimam Hannibal ad Capuam periit, cum fortia bello Inter delicias mollirent corpora Baiæ.'

745 *Campania fertilis*] Plin. v. 5. Erasm. et Joh. Alexand. Brassican. adag. 54. 'Campana superbia.' Florus I. 16. Solinus polyhist. c. 8. Straboni est πεδίον εὐδαιμονίστατον ἁπάντων: Silio, 'tellus nunquam mentita colono.'

747 *Vicit amœna Tarentus*] Valer. Max. IX. 1. Livius l. XXIII. Cic. in Rull. II. Seneca Epist. LII. 'Vina Hannibalem hiberna solverunt, et indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervarunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, vitiis victus est.' vide Gruter. II. Discurs. in Tacit. p. 48. et seqq.

750 *Membra statuis effingere*] Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. c. 11. pag. 121.

781 *Aëris*] Coint. Smyrn. I. 415. Ξυνὸν δ' αὖ πάντεσσι φάος, καὶ νήχυτος ἀήρ. Et Nazianzen. in Episcopos: Ξυνὸς μὲν πάντεσσιν ἀὴρ, ξυνὴ δέ τε γαῖα· Ξυνὸς οὐρανὸς εὐρὺς, ἄτ' οὐρανὸς ὄμμασι φαίνει· Ξυνὴ δ' αὖ πόντοιο χάρις, ξυνοί τε θόωκοι.

782 *Immo etiam injustus pariter*] Cyprian. de bono patientiæ. et Serm. de Eleemosyna. Lactant. III. 26. Chrysost. in I ad Timoth. cap. IV. Homil. XII. p. 1585. Augustin. tom. X. p. 1691. Ambros. offic. I. 11. et Hexaëm. VI. 8. Arnob. lib. III. p. 114. 'Non fervorem genitalem solis Deus, noctis et tempora, ventos, pluvias, fruges, cunctis subministrat æqualiter bonis, malis, injustis, servis, pauperibus, divitibus?'

790 *Sic piratis mare servit*] Seneca de Benefic. IV. 28.

810 *Oceanus, nostrum qui continet orbem*] Dionys. in descript. orbis: Μνήσομαι ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου· ἐν γὰρ ἐκείνῳ Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται. Quod explicans Eusta-

thius, *ἐστεφανῶσθαι τὴν γῆν φησὶν, ἤτοι κύκλῳ περιηλῆφθαι τῷ ὠκεανῷ ἅτε νῆσον.* Manil. IV. 588. ‘ Ipsa natat Tellus pelagi lustrata corona Cingentis medium liquidis amplexibus orbem.’ Ibi Scalig. addit hoc Neoptolemi Pariani: *Ὠκεανὸς, τῷ πᾶσα περίῤῥυτος ἐνδέδεται χθών.* vide Notas meas ad Musæum vs. 45.

811 *Nostros potant animalia fontes*] Petron. in Satyr. ‘ Quid autem non commune est, quod natura optimum fecit? Sol omnibus lucet. Luna innumerabilibus comitata sideribus etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formosius potest? In publico tamen manant.’ Hanc in rem plura vide apud Lactant. III. 26. Cyprian. Serm. de Eleemos.

832 *Sed ferit et nigro sordentia culmina fumo*] Tertull. de Spectac. c. XX. ‘ Sol, imo etiam ipse Deus de cælo spectat, nec contaminatur. Plane Sol et in cloacam radios suos defert, nec inquinatur.’ Cyprian. in exposit. symb. Apost. H. Jun. cent. VII. ad 65. Synes. Ep. LVII. Macar. Homil. VII. XI. et XVI. Basil. M. homil. In Christi nativitatem p. 234. Seneca de Benefic. IV. 30. Justin. Mart. de recta fidei confess. *Κοινὸς ὁ ἥλιος ἡμῖν καθ' ἑκάστην τοῖς πᾶσι πρόκειται, καὶ οὐ τῷ μὲν ἔλαττον, τῷ δὲ πλεῖον προσβάλλει, ἀλλὰ κοινὴν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν τοῖς πᾶσιν ἐπίσης ἀφίησιν.* Quo Diogenis Cynici scomma pertinet, qui *πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα, ὡς εἰς τόπους ἀκαθάρτους εἰσίοι, καὶ γὰρ ἥλιος, ἔφη, εἰς τοὺς ἀποπάτους, ἀλλ' οὐ μιαίνεται.* Laërt. l. VI.

846 *Multa ambago viarum Anfractus dubios habet*] Pindar. Olymp. VIII. *Ὅ, τι γὰρ Πολὺ καὶ πολλᾷ ῥέπει, Ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν, δυσπαλές.* Prosper lib. de ingratis: ‘ Quem non recto via limite ducit, Quanto plus graditur, tanto longinquius erat.’ Horat. Sat. II. 3. ‘ Velut silvis, ubi passim Palantes error certo de limite pellit, Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit; unus utrique Error, sed variis illudit partibus.’

859 *Quæ sacra Diespiter infans Inter tinnitus*] Strabo lib. X. Callimach. I. 52. M. Minuc. Octavio, p. 47.

861 *Jamque Lupercales ferulæ*] Luperci, Panis sacerdotes, nudi per urbem cursitabant, cum virgis et scuticis lacessentes, et pulsantes puellas obvias; qua pulsatione fœcundæ fieri credebantur. Hoc etiam a Senatoribus factitatum: de Antonio Triumviro notum est. et ipsis Senatoribus loco summæ turpitudinis objicit, *περὶ στεφ.* II. 517. et X. 161. Idem ‘ Lupercales ferulas, nudosque juvenum discursus’ exagitat. Fabric.

865 *Vilia Niliacis venerantur holuscula*] Juvenal. Sat. Cyprian. tract. I. contra Demetrian. p. 146. Strabo l. XVII. p. 558. et seqq. Turneb. VII. 8. Sup. *περὶ στεφ.* X. 251.

869 *Crocodillus*] De hoc lege Ammian. Marcell. lib. XXII. Plin. VIII. 25. Solin. c. XXXV. Ælian. de animal. X. 22. Aristot. de animal. XI. 10.

876 *Hæc putat esse Deum nullum*] Plato de LL. X. ‘ Athenienses in eos, qui Deum negarent, extremum supplicium constituerunt;’ teste Josepho lib. II. contra Appionem. Ita damnatus et proscriptus est Diagoras; ut scribit Athenæus lib. XIII. Vide et Jul. Polluc. X. 24. M. Minuc. p. 18. Cic. de N. Deor. I. Theodoret. Græcar. affect. lib. VI.

Namque omnia verti Casibus] Muret. vol. II. orat. ‘ Nihil autem casu aut fortuito accidit, sed Dei nutu, consilio, et prudentia:’ ut testatur de LL. X. Plato: ‘ Deum universi opificem non tantum curam gerere in universum omnium, quæ condidit, sed et omnibus rebus efficaciter invigilare, et de humano genere particularem curam agere.’ Vide Cic. I. et. II. de N. Deor. Plutarch. *περὶ τύχης.* Et Aristot. Phys. II. 6. mentem et naturam casui ac fortunæ anteponit: vide Euseb. V. 6.

881 *Simplicis ergo viæ dux est Deus*]

Sup. Apoth. vs. 17.

884 *Prima viæ facies*] Lactant. in Epit. Divin. Instit. c. 3.

889 *Trahit inde sophistas*] Fabri. Dæmonis ministros Prudent. nominat in Scholis, Sophistas: in imperiis, aulicos potentes: per quos videlicet aut fraude, aut vi, sacram Christi religionem depravat aut evertit. His addit aruspices, fatidicos, magos, et mathematicos: quorum artes, iter esse mortis affirmat.

917 *Triptolemi*] De inventis a Cerere frugibus, et apud quam gentem eas invenerit, seu cui earum usum primum dederit; vide Diod. Sic. v. 15. Cic. Verrin. VI. Hygin. fab. 147. et 277. et lib. II. in Ophiucho. 'Frumenti sationem Ceres Triptolemum docuisse fertur.' Pausan. in Attic. Ejus vero ministerio in frugibus humano generi tradendis hanc Deam usam esse, sentit Plato de Leg. VI. Bergomens. Chron. IV. p. 53. b.

920 *Per Pharios Nilum discurrere campos*] Sup. vs. 673. Plut. de placit. philosoph. IV. 1. et l. de Iside. Herodot. in Euterpe. Strabo l. XVII. Lucan. l. X. Senec. nat. quæst. III. 26. et IV. 1. et 2. Lucret. VI. 713. Statius Silv. l. III. 'Uude paludosi fecunda licentia Nili, Cur vada desidant, et ripa coërceat undas Cecropio staguata luto: cur invida Memphis; Curve Terapnæi lasciviat ora Canopi.' Nonn. III. Dionys. Heliodor. l. IX. Diod. Sic. l. I. Horapol. hieroglyph. I. 21. Philo l. I. et III. de vita Mosis, et l. De profugis.

936 *Num Libyci desistat ruris arator*] Granaria Romanorum fuerunt, vicina, Sicilia et Sardinia insulæ; remotiora, Ægyptus et Libya. Fabri. Pindar. Isth. IV. Λιβύαν indigitat *πυροφόρον*.

939 *Numne Leontini sulcator campi*] Plin. XVIII. 10. 'Cum centesimo quidem et Leontini Siciliæ campi fundunt.' ibi vide notas.

940 *Lilybæo ex littore*] I. e. Sicilia. Plin. III. 8. Dionys. de situ orbis: *Ἄκρα δέ οἱ Πάχυνός τε, Πελωρίς τε, Λιλύβη τε· Ἀλλ' ἤτοι Λιλύβη μὲν ἐπὶ ῥιπὴν ζεφύροιο Εἰσανέχει, Πάχυνος δὲ πρὸς αὐγάς· αὐτὰρ ἐπ' ἄρκτους Ἡνεμόεσσα Πελωρὶς, ἐς Αὐσονίην ὁρόωσα.* Hinc Sicilia est dicta Trinacria, quasi *τρία ἄκρα ἔχουσα*, secundum Eustath.

942 *Sardorum congesta vehens granaria*] Sardiniam tritici feracem esse, *χώραν ἔχειν εὐδαίμονα τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ καὶ διαφερόντως*, notat Strabo l. V. Inde Horat. Carm. I. 31. 'Opimæ Sardiniæ segetes feraces.' Valer. Max. l. VII. 6. ait, Sardiniam et Siciliam benignissimas fuisse urbis Romæ nutrices. Salvianus lib. VI. easdem appellat fiscalia horrea, et vitales urbis Romæ venas: ut etiam Florus IV. 2. annonæ pignora nuncupat. Lucan. III. 65. de Sardinia et Sicilia: 'Utraque frugiferis est insula nobilis arvis, Nec plus Hesperiam longinquis messibus ullæ, Nec Romana magis complerunt horrea terræ.' Hinc Callimach. IV. 21. Sardinia dicitur *ἱμερόεσσα*. De Sicilia multa Cicero in Verrin. ubi in IV. horreum populi Romani nominat, quæ sæpenumero eorum maximos paverit exercitus. Cato etiam cellam penariam Reipub. et nutricem plebis Romanæ. Strabo l. VI. ex Polybio, *ταμεῖον τῆς Ῥώμης*. De eadem Claudian. l. I. de Rapt. Lucret. l. I. Diod. Sic. l. VI. Mela l. II. Solin. c. XI. Fr. Juret. ad Symmach. p. 214. Lips. Elect. I. 8.

943 *Ergo piris mensas*] Lucret. V. 937. 'Quod Sol atque imbres dederant, quod terra crearat Sponte sua, satis id placabat pectora donum. Glandiferas inter curabant corpora quercus Plerumque, et, quæ nunc hiberno tempore cernis Arbuta pæniceo fieri matura colore, Plurima tum tellus etiam majora ferebat.' Quæ ad verba eruditiss. Lambinus, præter Platonis e Politico locum, istud Maximi Tyrii adfert, *περὶ ἔρωτος*: *Ἦσαν δέ που κατὰ τὸν Ἐπικούρου (φασὶ) βίον, αἱ*

τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις φηγοὶ καὶ ὄχναι. Καὶ διὰ τοῦτο ἐπεφημίσθη φέρειν ἡ γῆ τοὺς καρποὺς αὐτομάτους, ὅτι αὐτοῖς οὐδὲν ἔδει γεωπονίας ἐξ αὐτοφυοῦς βιοτεύουσιν.

947 *Quis venit esuriens*] Lips. Elect. I. 8. et 2. de Magnitud. Rom. c. X. Vincent. Contaren. de re frumentaria. Turneb. XI. 6.

949 *Aut quæ Janiculo*] Procopius de bel. Goth. lib. I. notat, omnes molas ad Janiculi radices in Tiberi fuisse.

956 *Perpessi plerumque famem*] Lips. Constant. II. 23. Cypr. cont. Demet.

Si tabidus aër Siccavit tenues] Hunc ad modum legimus in Livio l. XI. anno Urbis DLXXII. 'Siccitate et inopia frugum insignis annus fuit. Sex menses nunquam pluisse memoriæ proditum est.' Anno Christi 374. magna fuit siccitas Cæsareæ: quam deinde gravis fames secuta est, vivo Basilio M. qui divites gravissimis orationib. hortatus est, ut tenuioribus facultatibus suis subvenirent. Immittit enim Dominus filiis suis quandoque annonæ caritatem, ut exploret divitum charitatem, an sincera sit, et non ficta. Osiand. cent. IV. III. 52. Hist. Magd. cent. IV. c. 13. vide eundem Osiand. cent. V. IV. 7. p. 439. Evagrium hist. Eccles. II. 6.

958 *Nec vernas infudit aquas*] Confer Stat. Thebaid. IV. 697. et seqq.

967 *Quam Priami genitor conductis mœnia fabris*] Laomedon pacta mercede conduxit Neptunum et Apollinem ad ædificandum Trojæ mœnia. Vide Homer. Il. XXI. Eurip. Androm. vs. 1007. Colluthus: Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων. Epist. Paridis: 'Ilion aspicies, firmataque turribus altis Mœnia, Phœbeæ structa canore lyræ.' Ut autem fidem fefellerit Laomedon, testatur ipse Neptunus apud Virg. Æn. V. 'Cuperem cum vertere ab imo Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ.' Ovid. Met. XI. 'Bis perjura capit superatæ mœnia Trojæ.' Hygin. fab. 89. Bergom. Chron. l. IV. p. 52. a.

968 *Quam virgo suas fundaret Athenas*] Videsis Isidor. Orig. XV. 1. Cæl. Rhodig. XXI. 24. Geor. Erhar. in symbolis Petronianis p. 539. et seq. Turn. XII. 7. Hygin. fab. 164. et 275. Fulgent. mythol. lib. II. p. 136.

969 *In his quoniam Vestalis origo favillæ*] Lips. de Vesta et Vestalib. c. 2.

990 *Et excessu moderaminis afficit artus*] Sup. Cathem. IV. Basil. M. Homil. περὶ νηστείας II. p. 135. et alibi: Ὥσπερ ἐν ταῖς ῥοπαῖς τῶν ζυγῶν, ἐὰν μίαν καταβαρύνῃς πλάστιγγα, κουφοτέραν πάντως τὴν ἀντικειμένην ποιήσεις· οὕτω καὶ ἐπὶ σώματος καὶ ψυχῆς ὁ τοῦ ἑτέρου πλεονασμὸς ἀναγκαίαν ποιεῖται τὴν ἐλάττωσιν τοῦ ἑτέρου. vide S. Basilii Episcopi Ammonitiones, apud Goldast. in parænet. parte 1. fol. 203. et seq.

1000 *Sed si Vestales*] Anton. Benbell. in Suscitab. part. I. cap. 11. p. 119.

1005 *Exercere manus non pœnitet*] P. Pithœus subcesiv. II. 14.

1007 *Fasciolis*] Terminos sive terminales lapides coronis donavit antiquitas, tanquam judices et arbitros finium, ac proinde pacis et amicitiæ custodes. Illud coronamentum non solum constitit e floribus, sed e fasciis sive fasciolis. Car. Paschal. Coron. IV. 4.

1008 *Terminus*] M. Velserus Rerum August. Vindelic. lib. IV. pag. 75.

1009 *Et quæ fumificas arbor vittata lucernas*] Lips. Elect. I. 3. De vittis, fuse Bernart. ad Theb. Statii V. Quicquid venerabile efficere veteres volebant, vittis ornabant.

1023 *Semina cum sulcis*] Vide Chrysost. in Matth. p. 399. et 411. et seqq.

1031 *Viæ in aggere*] Viæ publicæ, ut quæ militari labore erant munitæ, exaggerabantur, ut imber defluueret, minusque lutulentæ redderentur. Virg. Æn. V. 'Qualis sæpe viæ de-

prensus in aggere serpens.' Agger etiam absolute pro via usurpatur. Sidon. Apoll. carm. XXIV. 'Antiquus tibi nec teratur agger.' Turneb. XI. 6.

1054 *Sunt et virginibus pulcherrima præmia*] Ambros. libb. de virginib. et adhortat. ad virgines. et lib. De institut. virginis.

1065 *Ac primum parvæ teneris capiuntur*] Lips. de Vesta et Vestalib. cap. V.

1069 *Captivus pudor*] Epiphanius in Apostolicis: Οὐ γὰρ ἐπαναγκὲς ἡ εὐσέβεια, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως ἡ δικαιοσύνη. Nyssen. lib. de virginitate: Μέχρι ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύοντες, οὐδὲν διαφέρουσι τοῦ κοινοῦ βίου. Apud Maximum Monachum ex Ignatio recitantur ista: Παρθενίας ζυγὸν μηδενὶ ἐπιτίθει· ἐπισφαλὲς γὰρ τὸ κτῆμα, καὶ δυσφύλακτον, ὅταν καθ' ἀνάγκην γένηται. Augustin. Psalm. XCIX. 'Quid prodest integra caro, mente corrupta? melius est humile conjugium, quam superba virginitas: si enim nuberet, non haberet nomen, unde extolleretur; et haberet frenum, quo regeretur.'

1081 *Nubit anus veterana*] Lips. de Vesta c. VII.

Nubit anus] Paschal. Coron. IV. 15.

1086 *Ligat infula*] Paschal. Coron. IV. 22.

1087 *Fertur per medias ut publica pompa*] Dousa in Centurion. c. VII. ad Milit. 'Tangitque morem Romanum, cum Dii quotannis Circensium diebus in carpentis traducebantur.' Sueton. 'Classibus et tempestate perditis exclamavit, etiam invito Neptuno victoriam se adepturum, ac die Circensium proximo solenni pompæ simulacrum Dei detraxit.' Recte inquit, 'Pompæ:' nam traductionem hanc ita indigitabant.

1088 *Pilento residens molli*] Lips. ad annal. XII. Tac. Dixit pilentum, pro carpento: imo ambigo, an vectabula ea diversa. Lipsius in Tac. 'Sacerdotes, Vestales capio: sacra, Deos ipsos statuasque, quas pompa Circensi traduci in carpentis mos fuit.' Turneb. XI. 6. Matresfamilias, quæ præerant sacerdotiis: sacerdotes item et virgines Vestales etiam pilentis ferebantur. Id vocabant, Ducere sacra. Virg. Æn. VIII. 'Castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus.' Lips. de Vesta c. II. P. Pithæus subcis. I. 5. Casaubon. ad Sueton. lib. V. p. 258.

1092 *Vulnera vendita pastu*] Turneb. VIII. 2.

1094 *Vittarum insignis phaleris*] Lips. de Vesta c. XII.

1098 *Converso pollice*] Politian. miscellan. cap. XLII. Turneb. XI. 6. Lips. Saturn. II. 22.

1100 *Dum palpitat ense secutor*] Lips. Sal. II. 7. Turneb. XXV. 17. Scalig. ad Manil. p. 417.

1101 *Quod continuare feruntur Excubias*] Lips. de Vesta c. X.

1104 *Perfundunt quia colla comis bene*] Idem ibid. c. XII.

1106 *Et quia subter humum*] Περὶ στεφ. X. 1011.

1108 *An quoniam podii*] Lips. de Amphitheat. I. 11. et ad Tac. Annal. IV. p. 224. In theatro virginibus locus e regione prætoris. Quid autem in Circo et Amphitheatro? Spectabant e Podio; ut ex hoc discimus loco. Adi et Casaubon. ad lib. II. Sueton. p. 123.

1109 *Spectant æratam faciem*] Lips. Saturn. II. 8. Turneb. XI. 6. Intelligi arbitror pugnam retiarii, qui rete et fuscinam gerebat, et Secutoris, qui retiarium insequebatur.

1113 *Quod genus ut sceleris*] Lips. Saturn. I. 12.

1124 *Tu mortes miserorum*] Theodosius Imp. laudatur, quod mactationem pecorum in sacris gentilibus sustulerit: Honorius ab eodem rogatur, ut theatricam gladiatorum lanienam interdicat. Fabric. Vide Cæsar. Baron. in Not. ad Martyrolog. sub 1. Januar. p. 5. et 6. et tom. IV. Annal.

pag. 463.

1125 *Cujus sit pœna voluptas*] Spectaculorum editiones, et alia ejus generis, voluptates appellari constat. Salvianus: 'Nihil esse criminum vel flagitiorum, quod non esset in spectaculis: ubi homines laccrarentur cum circumspicientium voluptate.' Trebellius Pollio: 'Ne diutius theatro et Circo addicta Respub. per voluptatum deperiret illecebras.' Vopiscus, Aureliano: 'Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates ludorum scænicorum, ludorum Circensium, venationum, gladiatorum, naumachiæ.' Tertullianus: 'Nam omnes illæ profanæ spectaculorum sæcularium voluptates ex rebus Dei constant.' Hic ergo Prudentius ad abroganda hujusmodi spectacula Honorium cohortatur. Pet. Brosseus ad Cassiodor. in Not. p. 398.

ISONIS MAGISTRI

GLOSSÆ VETERES

EX CODD. CAROLI WIDMANI ET JACOBI BONGARSII STUDIOSE EXCERPTÆ.

W. denotat Widmani codicem, B. Bongarsii.

CATHEMERINON LIB.

PRÆF. 1 *Quinquennia decem*] Per quinquaginta annos. W. B.

2 *Fuimus*] Viximus. W.

3 *Cardo*] Annus. Cardo hic pro volubilitate ponitur. nam cardo proprie est liguum, in quo ostium volvitur; et dicitur cardo, quasi cor januæ. W.

Sole volubili] I. e. hac vita, quæ semper volvitur. W.

4 *Terminus*] Vitæ. W.

5 *Senio*] Senectuti apponit. W.

6 *Egimus*] Sc. nihil. W.

7 *Crepantibus*] Resonantibus. W.

8 *Ferulis*] Ferula proprie, qua Grammatici utuntur, qua manus discipulorum feriunt. Unde Juvenalis dicit: 'Et nos manum ferulæ subduximus.' B. W. Ferulæ dictæ a fervore, eo quod fervere, i. e. tremere faciant discipulos. Grammatici autem ferulas portabant ad feriendos discipulos. Hinc Juvenalis: 'Et nos manum ferulæ subduximus.' Est autem proprie genus arboris, cujus succus thapsia vocatur. W.

Toga] Vestis, qua Romani utebantur. Ante quintum decimum pueri prætexta utebantur, postea vero sub disciplina; toga, juvenili robore. nam toga vestis est qua soli liberi utebantur. W.

9 *Infectum*] Pollutum. B.

Falsa] Rhetoricam tangit. *Non sine crimine*] Quia in mendacio crimen est. Vel: *Falsæ*] I. e. Dialectica et Rhetorica; quæ aliquando falsa concludunt. W.

10 *Protervitas*] Protervia et protervitas, i. e. superbia scilicet. So-

lent enim judices in causa, quam præponunt, perseverare, donec vincant. W.

11 *Luxus petulans*] Livor lasciviens. W.

Pudet] Verecundiæ. *Piget*] Pœnitentiæ. W.

Pudet ac piget] Me talium opernm. W.

12 *Juvenem*] Me. W.

13 *Exin*] Pro, exinde; metri causa. i. e. statim. W. deinde. B.

14 *Armarunt*] Durarunt, superbum fecerunt. W. B.

Male pertinax] Perseverans. Malarum rerum perseverantia. W.

17 *Frenos*] Ligationes, Consulatus. B. W. Et frena dicimus. W.

18 *Terruimus*] Præfecturam exercendo. W.

20 *Evectum*] Sublimatum. W.

21 *Stare*] Sc. me. W.

22 *Volans*] Cito transiens. W.

Agit] Facit. B. fecit. W.

23 *Inrepsit*] Irrepere est aliquid latenter rapere. W.

24 *Saliæ*] Illius Consulis. B.

Arguens] Me. W.

25 *Sub quo*] Consule. Ex quo ad illum veni. W.

27 *Nix*] Canicies. W. B.

29 *Bona vel mala*] Vel prospera vel adversa. Media dicit. Unde Salomon: 'Non est prudentia, non est sapientia apud inferos, quo tu properas.' Media ergo sunt, quæ in hac vita et bonis et malis communiter eveniunt. W.

30 *Aboleverit*] Deleverit. W.

31 *Dicendum mihi*] Sc. habes. B.

Quisquis es] O Lector. W.

32 *Mens tua*] O Prudenti. W. B.

Perdidit] In morte. W.

33 *Illa*] Sæcularia. W.

Cujus habeberis] Cujus servus es. B. Ad quem solummodo pertinebis, aut ut te remuneret, aut certe dampnet, i. e. ad puniendum vel ad remunerandum. W.

34 *Atquin*] Potius, certe. W. B.

35 *Exuat*] Abiciat. W.

36 *Concelebret*] Laudet. W.

Ymnis] Laudibus. W.

Dies] Pluralis accusativus. W.

38 *Canat*] Laudet. W.

39 *Discutiat*] Inquirat. W.

40 *Sacra*] Idola despiciat. W.

41 *Roma*] O Roma. W.

44 *O utinam*] Nunc. W.

Emicem] Exiliam, exeam. Emico, est exilio. Unde Virg. 'Emicant digiti.' Ponimus emicare pro splendore; quia dum splendet, quasi exilire videtur, et immotum est. W.

Cathem. *Cathemerinon*] Genitiv. plur. i. e. cottidianus vel consecrationum vel dedicationum. W.

Hymn. i. 1 *Ales*] Per gallum, qui diem canendo denunciat, Christus significatur; qui mentes nostras ab infidelitate ad veram vitam, ad veram lucem, vocat. W.

3 *Excitator*] Quia excitat nos ad bonum. W.

6 *Desides*] Deses vel reses. i. e. piger; quasi in uno loco residendo piger efficitur. W.

8 *Proximus*] Christus enim in suo servitio laborantib. semper proximus est. W.

10 *Serum*] Tardum. W.

Cubile spernere] Exsurgere. W.

11 *Ni parte noctis*] Nisi parte noctis servitio laboraveris. W.

13 *Strepunt*] Personant cum quodam strepitu. W.

14 *Culmine*] Culmen domus dicitur a cuimo. unde antiqui tecta sua eo operiebant. W.

16 *Nostri figura*] Qui similiter monet nos a lituis exsurgere. W.

17 *Tenebris*] Ignorantiæ. W.

21 *Coruscis flatibus*] Solis impetu. W.

23 *Exercitos*] Exercitatos. W.

25 *Hic somnus*] Sed peccatorum. W.

26 *Forma*] Figura. W.

34 *Socordis*] Pigræ. W.

37 *Ferunt*] Homines. W.

41 *Invisa*] Odiosa dæmonibus. W.

43 *Situ*] Negligentia. W.
44 *Satellites*] Sequaces. W.
45 *Præscii*] Dæmones. W.
47 *Soporis*] Vitiorum, mortis. W.
49 *Vis*] Significatio. B.
57 *Negator*] Petrus. W.
59 *Cum mens*] Quia quamvis voce Christum negaret, timore correptus; mens tamen et animus fidem servabat. W.
62 *Lubrica*] Volubili. W.
64 *Destitit*] Dimisit. W.
70 *Subacta*] A Christo. W.
74 *Furva*] Nigra. W.
75 *Letalis*] Mortalis. W.
76 *Marceat*] Tepescat. W.
79 *Mæta*] Finis, terminus. W.
80 *Stans*] In Dei servitute. W.
Excubet] Vigilet. W.
81 *Ciamus*] Invocamus. W.
Intenta] Ad Deum. W.
89 *Frivola*] Vana, nihil valentia. W.
92 *Veritas*] Christus. W.
95 *Inflant*] In præsenti vita. W.
96 *Fit mane*] Fit dies judicii. W.
97 *Dissice*] Defectivum verbum est. W.

Hymn. II. 6 *Spiculo*] Radio. Spiculum proprie est sagitta. W.
8 *Nitentis*] Splendentis. Secundum Physicos loquitur, qui dicunt, omnia colorata in nocte perdere colorem: Sole redeunte, redire colorem. W.
Sideris] Solis. W.
13 *Claudere*] Occultare. W.
14 *Fuscum*] Vitiosum. B. denigratum peccatis. W.
15 *Mane*] Adverb. est mane. temporis signif. sed hoc loco non est, cum conjungitur declinabili parti; ut mane novo; id est, in die judicii. W.
17 *Squalido*] Tenebroso. B.
19 *Dolis*] Furum. W.
22 *Amat*] Cupit cooperiri. W.
23 *Turpibus*] Rebus. W.
24 *Fovet*] Amat. B. W.
26 *Pœnitet*] Adulterum sui sceleris. W.
28 *Constanter*] Audacter, fiducialiter. W. B.
29 *Mane*] Si mane ebrius fuerit.
31 *Cum*] Quando. W.
32 *Castumque*] Castitatem. W.
33 *Severum*] Adverb. graviter. W.
34 *Ludicrum*] Ludibrium. W.
35 *Inepta*] Incesta. W.
36 *Colorant*] Laudant.
Serio] Honesto, sobrio. B. W.
38 *Qua*] In qua. W.
39 *Togatus*] Pacatus. W. qui in foro disputat. H. Gold.
40 *Institor*] Negociator. W.
41 *Forensi*] A foro. W.
42 *Classicum*] Tuba bellica. W.
44 *Suspirant*] Desiderant.
45 *Lucelli*] Diminutivum a lucro. W. B.
Fenoris] Usuræ. W. Fenus dicitur a manipulo feni. Quia sicut fenum manipulis augetur, ita fenus, i. e. pecunia, augmentatur colligendo. B.
46 *Nescii*] Sumus. W.
52 *Canendo*] Laudando. W.
58 *Despice*] Diligenter aspice. W. Gold. deorsum aspice. B. W. ad oram.
59 *Fucis*] Peccatis vel nigris. Fucus dicitur de omni colore. unde fucatas vestes dicimus. quocumque modo tinctas. W. peccatis tenebrosa. Gold.
61 *Durare*] Perseverare. W.
63 *Nitere*] Lucere. B.
64 *Jordane flumine*] Baptismate. B. W.
65 *Dehinc*] Post baptismum. W.
66 *Infecit atris*] Maculavit peccatis. W. B.
67 *Rex*] Christe. B.
Eoi sideris] Solis, qui ab oriente nascitur. W.
69 *Picem*] Peccata. B. peccatorem. W.
70 *Candore*] Justicia. W.
71 *Hebenoque*] Arbor nigerrima. nigro liguo. Hebenum est genus nigri ligni, vel: Hebenum genus est arboris; quod postquam incisum fuerit, et proicitur in aquas, ibidem quadam coagulatione durescit, et efficitur lapis niger. unde postea fiunt

utilia instrumenta ad discretionem bonorum malorumque munerum. W.

Cristallum] Perspicuitatem. W.

72 *Livida*] Sordida.

74 *Luctator*] Non brachiis, sed oratione, ut benediceret ei. W.

75 *Eousque*] Usque. Tantum significat, quantum usque. W.

76 *Sudavit*] Luctabatur. B. laboravit. W.

77 *Jubar*] Sol. B. splendor diei. W.

80 *Culpæ*] Luxuriæ. W.

81 *Inguen*] Synecdoche. W.

82 *Quæ*] Ubi. W.

Vilior] Est. W.

83 *Cordis*] Sensus.

86 *Tenebris*] Peccatis. B.

87 *Forte*] Si fortuitu. W.

89 *Beatior*] Sc. ille. W.

90 *Intemperans membrum*] Indomita libido. W.

91 *Claudum*] Marcidum. W.

92 *Dies*] Finis. W.

Oborta] Quasi exorta. W.

93 *Fatescat*] Discedat, facessat. W.

97 *Hæc lux*] Christus. W.

Serenum] Serenitatem. B.

100 *Volvamus*] Cogitemus.

101 *Dies*] Vita. W.

103 *Lubrici*] Instabiles. W.

104 *Noxa*] Culpa.

105 *Speculator*] Christus. B.

108 *A luce prima*] Infantia. B.

In vesperum] Senectam. B.

111 *Concipit*] Meditatur. W.

Hymn. III. 2 *Verbigena*] Verbo genite. W.

14 *Favor*] Laus. B.

Imbuerit] Benedicat. B. sanctificet. W.

17 *Pateras*] Mensas. Patena est dicta a patendo. Patera vero, i. e. vas aptum receptui potus. W.

18 *Seria*] Senum. Serium est honestas; inde seria pluraliter. W. honesta. B.

Ludicra] Juvenum. W.

Jocos] Infantum. W.

19 *Quod sumus*] Et nos et actus nostros regat superna pietas. W.

Agimus] Facimus. W.

21 *Spolia*] Sicut antiqui faciebant. W.

22 *Aromate*] Hoc aroma facit in singulari numero, nominativo.

25 *Ambrosius*] Dulcis, divinus. B. pro divino ponitur. W. ambrosia cibus Deorum. B.

23 *Nectaream*] Puram. W.

25 *Abusque*] Abusque et adusque licenter dicimus. W.

26 *Camena*] Camenæ dicuntur quasi canenæ, a canendo. W. B.

Leves] Vanas. W.

27 *Quis*] Quibus. W.

28 *Sertaque mistica*] Corona. W.

29 *Strofio*] Cingulo aureo. Strofium est cingulum. Strofos enim dicitur Græce convertere. hinc dictum strofium, eo quod a posteriorib. ad anteriora convertitur. B. W.

30 *Redimita*] Figurata constructio. W.

Comas] Per comas. W.

31 *Generosa*] Nobilis a Deo creata. W.

32 *Indigena*] Incola. W.

34 *Data*] Sc. sibi a Domino. W.

35 *Artificem*] Christum. W.

36 *Ipse*] Artifex. W.

39 *Aër*] In aëre. W.

40 *Hæc mihi*] Potestati hominis subdidit omnia creata, et hominem subdidit sibi.

41 *Callidus*] Ingeniosus. W.

42 *Pedicis*] Pedicæ sunt impedimenta gressuum. B. Pedica est laqueus, quo aves capiuntur. W.

Maculis] Retibus. W.

43 *Glutine*] De cortice gluten efficitur. W.

44 *Vimina*] Virgulta. W.

46 *Fluctivagos*] Per fluctus vagantes. W.

47 *Texta*] Retia. W.

48 *Calamum*] Hamum. W.

50 *Credula*] Qui credidit. W.

Saucius] Sauciata habens. W.

51 *Ingenuas*] Innatas, nobiles. W.

53 *Hic*] In isto loco, ubi ager est. W.

54 *Luxuriant*] Abundant. W.

55 *Pacis*] Insigne pacis ferebatur antiquitus oliva.

57 *Omnia*] Ea necessaria.

Suppeditat] Subicit. suppedito vel suppeditor significat subministro vel auxilior. unde suppetium nomen. inde etiam pluralem legimus: ut nostra ei sint suppetia, i. e. auxilia. W.

58 *Absit*] Longe a Christicolis. W.

61 *Fera*] Silvatica. i. e. extranea. W.

Indomitis] Quæ non habent jugum Christianitatis. W.

63 *Siliqua*] Vagina leguminis. Demonstrat siliquas esse folles vel thecas esse omnium leguminum. unde Virgil. 'Siliqua quassante,' i. e. resonante. W.

64 *Feta*] Plena. W.

65 *Paverit*] Pro, pascat. W.

66 *Mulctra*] Mulctrale est locus, ubi mulgentur animalia. Mulctrum vero vasculum, in quo mulgentur. W.

67 *Ubere*] Sc. ovium. W.

68 *Coagula*] Sunt vasa, quæ et calathi, ubi coagulatur lac. W.

71 *Cecropia*] A loco, ubi abundant. W.

72 *Sudat*] Stillat. W.

73 *Opifex*] Hic et hæc opifex. W.

74 *Liquat*] Extenuat. W.

76 *Hinc*] A rure. W.

78 *Tremefacta*] Concussa vel quassata. B. W.

79 *Deciduo*] Desursum cadente. W.

80 *Puniceos*] Rubicundos. unde et mala punica dicimus. vel; rubeos, ut sunt mala granata. W.

81 *Veterum*] Sapientum. W.

87 *Solis et orbita cum media*] Media die. W.

88 *Occidua*] Vespere. W.

90 *Armonia*] Modulatio, suavissimum carmen, vel organum. W. Armono Græce cano. inde armonia, cantus cum laudibus. B.

91 *Alitus*] Spiritus. W.

93 *Incita*] Commota. W.

Resonam] Sonoram. W.

95 *Esto*] Sit. W. B.

96 *Manus*] Divinitas. W.

97 *Composuit*] Creavit. W.

98 *Effigiem*] Similitudinem. B.

99 *Rata*] Perfecta.

101 *Per amœna*] In paradiso. W.

Virecta] Virentia. W.

103 *Redolet*] Sc. flores. W.

104 *Multicolora*] Varia. W.

Latex] Fons. W.

105 *Quadrifluo*] Quia quatuor sunt flumina paradisi. W.

106 *Ait*] Deus. W.

107 *Dedo*] Sponte trado. W.

109 *Stipite*] Arbore. W.

110 *Nemore*] Paradisi. W.

111 *Hic*] Tunc. W.

Perfidus] Perdens fidem. W.

112 *Inlicit*] Decipit. W.

114 *Vetitis*] Pomis. W.

119 *Parant*] Præparant. W.

122 *Exigitur*] Expellitur. W.

128 *Calce*] Calcaneo. W.

129 *Muliebre solum*] Plantam veretur. W.

130 *Suspicit*] Sc. super se. timet. W.

131 *His ducibus*] Colubro et muliere. W.

133 *Imitatur*] Evam videlicet et Adam. W.

137 *Proditus*] Manifestus. W.

139 *Hominem*] Substantiam veram hominis. W.

141 *Vivida*] Vivens. W.

142 *Quem*] Sermonem. W.

144 *Genialibus*] Voluptuosis. B.

148 *Digladiabile*] Plenum gladiis, periculosum, divisibile. Digladiare. i. e. pugnare. W.

149 *Cernua*] Curva, quasi cernens terram. W.

151 *Merita*] Digna. B.

153 *Inexplicitis*] Innumerabilibus. W.

156 *Non*] Nonne. W.

162 *Leonibus*] Leonem vocat Diabolum ob ferocitatem. W.

163 *Exagitans*] Persequens. W.

170 *Subjuga*] Tua. W.

171 *Locuples*] Locorum plene. W.
172 *Tenui*] Modico. W.
174 *Neu*] Pro, ne; et est verbum apocopum. W.
176 *Haustus*] Potio. W.
Abesto] Absit. W.
179 *Modum*] Mensuram. W.
180 *Sospitet*] Sanet. W.
183 *A*] Heu. B.
186 *Igneolus*] Anima. W.
195 *Situ*] Positione. W.
199 *Flegetonte*] Inferno. Flox Græce, ignis Latine. hinc Flegeton igneus. W.
201 *Manet*] Expectat. W.
203 *Sarcofago*] Nam sarx caro, fago manduco. est similis, quia fuit homo. W.
Hymn. iv. 2 *Inbecilla*]Infirma. W.
4 *Cherubim*] Sc. super. W.
5 *Supremo*] Excelso. W.
6 *Subnixus*] Suffultus. W.
12 *Perdomitor*] Moriendo in cruce. W.
13 *Inde*] De Christo. W.
15 *Parente*] Christi. W.
16 *Candidus*] Sp. Sanctus. W.
17 *Quæ*] Quia de illis scriptum est: 'Vos estis templum Dei vivi.' W.
Rident] Gaudent. B.
18 *Medullis*] Præcordiis. B.
20 *Dicata*] Sc. sibi. W.
21 *Spurcum*] Spurcus, a, um. inde spurcitia. W.
Sacellum] Ut doctrix. W.
22 *Tetrum*] Pro, tetre. nomen pro adverbio. W.
25 *Niger*] Ipse horror. W.
Repellit] A se. W.
26 *Innocensque*] A pueritia. W.
27 *Sinu ac recessu*] Introitu et exitu.
28 *Crapula*] Apostoma. i. e. indigestio. W.
31 *Expedita*] Libera vel parata. W.
37 *Præcluens*] Clara. W. excellens. Cleo Græce glorior; et cluo, excelleo et splendeo et glorior. B.
38 *Raucisonos*] Dure et terribiliter sonantes. W.
39 *Virum*] Danihelem. W.
44 *Feris*] Leonibus. W.
49 *Comminus*] Juxta. W.
Reponunt] Mites effecti. W.
51 *Ambit*] Circumit. W.
53 *Expertum*] Notum, quem probatum habebat. W.
57 *Mundo*] Aëre. W.
60 *Agresti*] Rustica. W.
61 *Prehensa*] Comprehensa. W.
65 *Sensim*] Leniter. W.
67 *Sume*] Pro, sume. W.
Carpas] Pro, carpe. W.
69 *Liba*] Prandia. W.
Hoc periclo] Leonum. W.
70 *Excitavit*] Elevavit. W.
75 *Ymnos*] Laudes. W.
78 *Feram*] Diabolum. W.
82 *Rotamur*] Volvimur. W.
87 *Super*] Desuper. W.
96 *Quam*] Prophetiæ et scripta divina. W.
Orsa] Dicta. W.
97 *Insolens*] Superbia. W.
Hymn. v. 3 *Chaos*] Confusio noctis. B. profunditas tenebrarum. W.
5 *Regiam*] Tuam.
9 *Ne nesciret*] Ut sciret bene. W.
13 *Quos*] Ignes. W.
14 *Lichnis*] Lucernis. W.
Facibus] Fax dicitur a comedendo. fage Græ. comedere. nam facula, i. e. cortex arboris, materiem præstat igni comedendi. B.
15 *Scirpea*] Quia de flore favi efficiuntur. W.
22 *Olentibus*] Crescentibus. W.
24 *Flere*] Fluere, rinnen. W.
27 *Agit*] Persequitur. W.
Æmula] Imitatrix. W.
36 *Involucris*] Calciamentis. a volvendo. W.
37 *Sanguinis*] Generis. W.
38 *Impotens*] Valde potens. B.
44 *Micantior*] Clarior. W.
206 *Informante*] Docente. B. W.

207 *Exitium*] Mortem. B. W.

Præside] Homine, Adam. B. W.

208 *Sortitur*] Adeptus est, consequitur. W.

Supellex] Omnis substantia, pereunte principe, in deteriora versa est. W.

216 *Herile malum*] Peccatum Adæ. B.

Hausit] Sumsit. B. W.

217 *Adultera*] Vitiata. B. W.

219 *Avenis*] Loliis. W.

222 *Truces*] Feroces. B.

Leones] Dæmones. W.

223 *Querulis*] Lamentabilibus. B.

Irritatus] Provocatus. W.

224 *Caulas*] Ovile. W.

225 *Callens*] Versuta. B. vigens. W.

Sollertia] Diaboli. B.

Furti] Adversitatis, ut contraria fuisset homini. B.

226 *Imbuit*] Instruxit. B. violavit, inplevit, implevit. W.

Tortos] Pravos. W.

231 *Fibras*] Radices. B. W.

Medicante] Medicor τῶν μέσων est; quia dicimus, Medicari sagittas, quando toxicantur; et cum aliquem ab infirmitate erigimus ad sanitatem, medicari dicimus. W.

232 *Tinctas*] Maculatas. B. W.

233 *Frutectis*] Vilibus virgultis. W.

234 *Prius*] Primitus. B.

235 *Rhododafnin*] Herba venenosissima, foliis similis lauro. nam dafnis Gr. laurus dicitur. B. arcilaurum. genus herbæ. i. e. arcilauros. i. e. foliis similis lauro. nam dafnis Gr. laurus dicitur. W.

236 *Sincera*] Salubria. B. W.

238 *Elementa*] Ignis, aër, aqua, terra. B. W.

239 *Legirupis*] Legem rumpentibus. B. W.

240 *Aquilonum*] Ventorum. W.

241 *Immodicis*] Magnis. B. ingentibus. W.

Procellis] Turbinibus. W.

Torrentibus] Fortiter euntibus. B. W.

242 *Præscripta*] Ordinata vel constituta. B. quæ fuerunt illi. W.

Repagula] Obstacula, litora, serraturæ. W.

245 *Laxa*] Concessa. B. laxata. W.

247 *Rotantur*] Volvuntur. B.

250 *Lues*] Pestis. W. B.

Incentiva] Incentrix. W.

251 *Exemplum*] Quia Adam peccando aliis dat exemplum. W.

252 *Vita*] Sc. dico. W.

253 *Suppeditant*] Sumministrant. B. famulantur. W.

254 *Igne*] Amore. W.

257 *Aggestis*] Accumulatis. B. W.

258 *Fames*] Cupiditas.

Parto] Syncope. B. ab inquisito vel præparato. inde est exemplum: 'Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.' W.

260 *Scatebras*] Ebullitiones. B. W.

261 *Eliquat*] Effluere facit. B. purgat. W.

Ornatus] De ornatu solvitur pudor. W.

Solvendi] Ad solvendum pudorem. B.

262 *Inepta*] Inutilis. W.

263 *Ambitio*] Cupiditas. B. W.

Scalpens] Investigans, scrutans. W. B.

Latentis] Naturaliter aurum latere voluit, sed cupiditas fodit preciosa pericula. W.

265 *Rimata*] Ipsa ambitio quærens. W. investigans. B.

268 *Os*] Faciem, formam. W.

Iacintis] Margaritis. B.

269 *Sutilibus*] Quia ex gemma consuantur filo argenteo aut aureo. W.

270 *Ignitis*] Radiantibus. B.

Sertis] Monilibus, coronis. B. W.

271 *Bacas*] Gemmas rotundas; qui uniones vocantur; eo quod in capite ostrearum aperto cerebro semel reperiantur in anno, et unus tantum, quos et perulos vocant. W. B.

272 *Calculus*] Margarita. B. calculos vocamus lapillos, quibus antea numerabant antiqui ante repertum numerum. Sed hic pro quacunque preciosa gemma ponitur. W.

273 *Texta catenis*] Ordinata vittis. B.

275 *Dotata*] Ornata. B. W.

Plasmata] Facies. B.

Fuco] Colore. unguentum, unde se mulieres pallidas faciunt. B. W.

276 *Inficiunt*] Colorant. B.

278 *Malefortis*] Infirmus. B. W.

281 *Invalidam*] Particulam, dicit feminam, quæ fuit corporis Adæ, de costa formata. W.

283 *Cultu*] Habitu. B. W.

284 *Heroas*] Viros fortes. W.

Aspera] Fortia. B.

287 *Niteant*] Splendeant. W.

Genuina lues] Pestis naturalis, ingenita; luxuria. interjective dicendum. W.

288 *Eoo*] Orientali. B. W.

Petitis] Acquisitis. B. W.

289 *Ramorum spoliis*] Arboreis vestibus. In oriente enim arbores sunt, ubi sæpissime reperitur sericum. W. B.

Fluitantes] Superbientes. W.

290 *Durum*] Fortem. B. firmum. W.

Scutulis] Variatis, scutulatis vestibus. pro omni veste, opere vario interserta, ponitur. B. W.

Perfundere] Induere. B. W.

292 *Illudant*] Colorent. B. W.

293 *Fere*] Prope. B. W.

294 *Pectitur*] Ornatur. W.

295 *Venantem*] Ementem. B. W.

Versicolorum] Diversis colorib. W.

296 *Plumea*] Mollia. B.

297 *Peregrino*] Exotico. B.

299 *Luxus*] Luxuria. B. vanitas. W.

Vegetamina] Virtutes, fortitudinem vel virilitatem. W. commotiones. B.

301 *Auribus atque oculis*] Auditu, visu, olfactu, gustu. B. W.

302 *Quæritur*] Ab illis sensibus vel nobis. B. W.

Infectus] Corruptus. B. W.

304 *Palpamen*] Amictum. B. W.

Fotibus] Nutrimentis. W.

Ambit] Cupit. W. desiderat. B.

305 *Ingenuas*] Nobiles, naturales. B. W.

306 *Dotes*] Donationes Dei. W.

307 *Perversum*] Perverse. B.

Viget] Prævalet. W.

308 *Vertunt*] Homines. B.

309 *Rogo*] Interrogo. W. B.

Pupula] Pupilla et pupula idem sunt. W.

310 *Semivirorum*] Effeminatorum. W. eunuchorum. B.

311 *Vertigine*] Circuitione, rotatione. W. B.

312 *Incestans*] Polluens. W.

Fœdo oblectamine] Turpi delectatione. W.

315 *Illecebras*] Fœditates. W. sordidates. B.

Conciliata] Conglutinata vel conjuncta. W. B.

316 *Jacit*] Spargit. W.

317 *Lyricæ*] Cytharalis vel jocalis. B. W.

318 *Calentis*] Ferventis. W.

320 *Cavernosos*] Flexibiles. W.

Meatus] Transitus. B.

322 *Vivit*] Factus est. B.

Medicata] Pigmentata, condita vel infusa pigmentis. B. W.

Fercula] Cibos. W. B.

323 *Ganeonis*] Luxuriosi. Ganeo, superfluus in cibo vel potu, seu etiam in luxuria. Ganeonem appellat glutonem. Sed ganeo est proprie caupo. Ganeo devorator, glutta, ambro et helluo. Einfrags. W.

Inæscent] Cibent, saturent. W. satient. B.

324 *Instructa*] Parata. B.

Ducat] Glutto prolonget. B. W.

328 *Interprete*] Discernente. W.

330 *Fulchro*] Fulcimento, lecto. Fulchrum vocamus, quicquid sustentat aliquid. W. B.

Attenuante] Pro, attenuato. B. W.

Polimus] Ornamus. B. W.

331 *Indultis*] Concessis. B. W.

335 *Addicit*] Deputat, subjugat. W.

336 *Dulcedine*] Suavitate. W.

337 *Deprendit*] Comperit. B. W.

Boni] In divitiis. W.

Operto] Occulto, cooperto. B. W.

338 *Sanctumque*] Quia omnia, quæcunque fecit Deus, bona sunt in sua natura: sed nobis male utentibus mala sunt. W.

343 *Hoc sequor*] Ego Prudentius. W.

345 *Recolens*] Narrans. W.

Primordia] Initia. B. W.

Lucis] Temporis. W. B.

346 *Esse*] Sc. recolens. B. scil. dicens. W.

Sapientia] Filius Dei. B. W.

355 *Nec turbidus humor*] Origo nostra pura et inculpabilis. W.

358 *Prælambit*] Prænatat. B. W.

359 *Olivum*] In palestris. B.

362 *Circi*] Ludi illius. W.

363 *Levitatis*] Velocitatis. B. W.

Fragoris] Inordinati soni. W.

364 *Inops*] Iners. W.

365 *Infami*] Turpi. W.

Donum] Equus. W.

366 *Lacedemonicas*] Lacedemonia, ipsa est Sparta, civitas Græciæ, ubi primum usus iste repertus est. W.

Palestras] Luctationes. Palo, i. e. fugio vel luctor. inde palestræ. W. B.

369 *Proscænia*] Vestibula vel atria ante scænam. Palestrita, colluctator. B. W. proscenia ipsos passus funis dicit. proscenia et pulpita, gradus scenæ. de scenobatis. i. e. funambulis. W.

370 *Feras*] Equos. W.

Volucri] Veloci. B.

371 *Discrimina*] Pericula. W.

372 *Edit*] Profert, cernit. W.

373 *Publicum*] Venale. W.

376 *Stolidi*] Stulti. B.

Bachantia] Insanientia. W.

377 *Percensere*] Enumerare. W.

379 *Altum*] Cælum. B. W.

380 *Excitat*] Elevat. W. B.

382 *Aëra*] Ad cælestia. W.

Librat] Ponit. W. provehit. B.

383 *Contentam*] Sufficientem. W.

Stertere] Requiescere, B. dormire. i. e. runcare mens dicitur, cum terrenis succumbitur curis, nec se mente ad superna ullo modo vult erigi. W.

384 *Domino*] Diabolo. W. B.

Perituraque] Hujus mundi. W. B.

385 *Curvo*] Pravo, averso. W. B.

387 *Lubrica*] Instabilis. B. W.

Commendat] Concedit. B. W.

Perneciosa] Periculosa. B. W.

388 *Velut*] Sc. putat pulchrum. W.

Excitus] Commotus, velox. B. W.

389 *Exemplo*] Similitudine. W. similiter. B.

Transvolat] Præterit. B. W.

390 *Pestibus*] Generibus, perturba-

tionibus. W. B.

Urget] Commovet. W. B.

391 *Prædo*] Diabolus. B. W.

392 *Bibunt*] Concipiunt interius intra præcordia. W.

Medullitus] In interioribus animæ. W. circa præcordia. B.

393 *Ministros*] Morbos vel vitia. W. B.

394 *Illic*] In medullis vel membris. B. W.

Numerosa] Multiplex. B.

Cohors] Diabolorum. W. vitiorum. B.

Principe] Diabolo. B.

395 *Circumsidet*] Illa cohors. W. B.

396 *Superstitio*] Vana religio. W. gentilitas. B.

Meror] Tristitia. W.

Luxus] Luxuria, vel ventris ingluvies. B. W.

397 *Sitis*] Cupiditas. homicidium. B. W.

Vini sitis] Ebrietas. B. W.

Sitis auri] Avaritia. W. concupiscentia. B.

398 *Livor*] Invidia. B.

Adulterium] Fraus conjugii. B.

Obtrectatio] Detractio. W.

399 *Horrent*] Horrende apparent. W.

Facies] Supra dictæ imagines vel species. B. W.

400 *Ambitio*] Concupiscentia. B. superbia vana vel inanis. W.

401 *Personat eloquium*] Intonat, alte loquitur. W.

402 *Canina*] A canibus dicta. W.

403 *Vilis*] Sæcularis. B. W.

Clavam] Baculus Herculis, qua omnes vincebat. Inde clavam appellat Dialecticos Syllogismos, quibus se vincere semper putant ubique. W. fustem Herculis. W.

404 *Vicatim*] Per singulos vicos. B. W.

Gymnosophistas]. Philosophos, qui nudi disputabant. W. nudos sapientes. Gymnosophistæ perhibentur nudi philosophari in solitudinibus in die. B.

405 *Idololatrix*] Idola colens. W. idolis serviens. B.

406 *Advolvitur*] Inclinatur. B. W.

407 *Premit*] Constringit. W.

408 *Armigeris*] Vitiis, insidiis. W. B.

Ferrata] Dura. B. W.

Satellite] Milite. B. W.

409 *Triumfat*] Superat. B.

410 *Chananeus*] Populus. interpretatur motus eorum: Cham, calidus. B. W. Commotus interpretatur. Commemorat modo hic septem gentes, quæ insurrexerunt contra filios Israel. Sed pro septem posuit vitiis, seu nequitias spiritales insinuat, quæ insurgunt contra hominem. W.

411 *Casside*] Galea. B. W.

Sætarum] Barbæ. B. in barba. W.

412 *Cuspide*] Hasta. B. W.

413 *Furens*] Iratus. W.

Ardet] Stridet. B. W.

414 *Amorrei*] Tristitia. W. Amorreus, amarus vel loquens. B.

Gergeseorum] Gergeseus, colonum eiciens, vel advena propinquus. B. W.

415 *Volitantia*] Propter celeritatem equorum. W.

416 *Eminus*] Longe, contra. W. B.

Confligunt] Pugnant. W.

Comminus] Prope. W.

417 *Jebusiacæ*] Jebuseus, i. e. calcatus, sive præsepe eorum. B. W.

418 *Aurea tela*] Avaritia. W.

Tincta] Venenata. B. W.

421 *Cethæe*] Cetheus, abscisus a Christianitate. B. W.

Juvat] Delectat. W.

Ferezea] Ferezeus, separatus vel absque muro. B.

423 *Rex*] Diabolus. B. W.

Æveorum] Æveus, feralis vel ferox. B.

424 *Thoraca*] Thorax, pectus vel cassis, quia pectus cooperit. W.

425 *Subnixa*] Subjecta, elevata. W. B.

Viris] Vitiis. B. W.

429 *Mammoneamque*] Diabolicam.

B. pecuniosam, vel sæcularem, avaram. W.

431 *Addictis*] Subjugatis. B. deputatis. W.

Nebulosum] Nigrorum. B. W.

433 *Ille*] Aliquis, quidam. W. B.

Supervacuis] Per rapinam abundantibus. W. B.

Fundis] Prædiis, hereditatibus, ædificiis. W. terris vel prædiis. Fundus dicitur ager, eo quod nobis fundat fructus. B.

437 *Barbaricis*] Diabolicis. B. W.

Habenis] Vinculis. B. W.

438 *Hic*] Quidam. W. aliquis. B.

439 *Cavo*] Vacuo. W.

440 *Ambitionis*] Avaritiæ. B. W.

441 *Successu*] Prosperitate. B. W.

Trementes] Timentes. W.

442 *Exanimare*] Mortificare. B. W.

Fasces] Potentias, dignitates. W. B.

443 *Exercere*] Augere. W.

Secures] Arma lictorum. B. W.

445 *Limat*] Purgat. B. W.

446 *Hostica*] Hostilia. W.

447 *Cohibent*] Constringunt. B. W.

Ergastula] Ergon, opus. inde ergastulum, locus, ubi exercetur constructio alicujus operis. B. W.

450 *Assur*] Dirigens interpretatur. W.

451 *Quam*] Gentem. B.

452 *Orbatam*] Viduatam. W.

Ululavit] Lamentat. W.

Urbem] Jerusalem. W.

453 *Num*] Numquid. W.

454 *Persica*] Diabolica. W. B.

457 *Barbara*] Pagana. B.

459 *Profanato*] Sordido. W.

460 *Abolent*] Obliviscuntur, illorum malignorum suasu. alienatio est abominabilis perditio. B. W.

462 *Organa*] Laudes Dei. B. W.

Anathemata] Perditiones. B. alienationes. W.

463 *Memphitidis*] Ægyptiacæ. B. W.

464 *Tolerasse*] Pati. B. W.

Sinistris] Contrariis. B.

465 *Faraonis*] Qui nominabatur Cenclis. W. Chenclis. B.

466 *Sub pedibus*] Dominatione. W. potestate. B.

467 *Inmodicæ*] Magnæ, in multitudine. B. W.

Spurco] Immunda eructatione. B.

Crudos] Saturatos, plenos, indigestos. W. B.

468 *Quo*] Cur illic. W. B.

469 *Rebellem*] Infidelem. W.

470 *Ope*] Auxilio. W.

471 *Virga*] Quia virga mutata est in serpentem. W.

Serpente] Existente. B. W.

473 *Calcasse*] Ambulare. W.

474 *Prodita*] Ostensa. B.

478 *Perdidit*] Pro, perdit. W.

Botrionis] Terram promissionis. B.

Opimam] Fertilem. W.

479 *Versare*] Arare terram. B. subvertere, colere. W.

481 *Hierichon*] Civitatem Diaboli, sancta prædictione superatam. B.

485 *Sudoribus*] Laboribus. W.

Urbem] Jerusalem. B. W.

486 *Culmina*] Virtutes. B. desideria. W.

487 *Lapis*] Christus est; qui murus et lapis est inextinguibilis, et præsidium indeficiens. W.

489 *Vis*] Inmissa cum fortitudine. W.

490 *Arietat*] Sternit. B. commovet. W.

Insiliens] Cum tumore saliens.

Quassant] Lædunt. W. B.

492 *Seriem*] Ordinem. B. W.

495 *Eminus*] Econtra. B. W.

Arce] Alte. W. fide. B.

496 *Fretus*] Confisus. W. B.

497 *Regina Tyri*] Avaritia. B. W.

498 *Parthus*] Hereticus. W.

Rapiet] Sc. captivum. W. B.

Indus] Immunditia. W. B.

500 *Gigantas*] Sequaces Diaboli. W.

501 *Allofilus*] Diabolus. B. Philisteus. pro Diabolo posuit alienigena a Deo. W.

502 *Tutus*] Protectus. B. W.

503 *Charon*] Navigator inferni. W. Diabolus. B.

503 *Numen*] Deus. B. malus Deus. W.

506 *Fluxo*] Labili, deficienti. B. W.

507 *Fallo*] Mentior, decipio. W. B.

508 *Orsus*] Dixisset. B. W.

509 *Perjuro*] Fallaci. B. W.

Latroni] Diabolo. B. W.

510 *Ait*] Apostolus. Quia non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem. B.

516 *Congredimur*] Præliamur. W.

520 *Frena*] Dominationes. B. W.

521 *Belia*] Diabolo. W.

522 *Ut*] Sicut. W. B.

523 *Prodi*] Dicit. B.

524 *Inritamina*] Provocamina. B. provocationes. quia, corpore provocante et suggerente, anima consentit peccatum aliquando. W.

526 *Affectus*] Desideria. W. B.

528 *Præstantior*] Melior, nobilior sc. corpore. B. W.

530 *Quassare*] Fatigare, edomare, premere. W. domare. B.

531 *Dedere*] Occupare, animo tradere. B. W.

Domino] Animo. B.

Vis nulla] Sc. corporis. B.

532 *Major*] De animo dicit. W.

Vis illa] Diaboli. B.

Ingerit] Inmittit. B. W.

Tenuem] Fragilem. B. W.

Ferit] Percutit. W.

Aere] Persuasione. B.

533 *Æque*] Similiter. W. non sic. B.

Arundo] Sagitta. B. W.

535 *Præpes*] Velox. B. W.

539 *Medicato*] Illito. W. toxicato. B.

540 *Aligera*] Velox. B.

Medicata] Venenata. B.

541 *Umbrosi*] Tenebrosi. W.

Mundi] Diaboli. B. W.

542 *Eludens*] Decipiens. B. W.

Excussa] Sagittata. W. B.

Calami] Teli. B. W.

547 *Agitabile*] Mobile. B. W.

551 *Libans*] Cupiens. W.

552 *Fasce*] Onere. B. W.

553 *Argutas*] S. viles. W.

555 *Detorqueo*] Converto. B. W.

556 *Concreta*] Coagulata. W.

558 *Ille*] Diabolus. W. B.

Fome] Incentivum vel incendium. W. B.

560 *Decrepito*] Antiquo. B. seni, veterano. B.

Suggesta] Subministrata. B. W.

Leoni] Hosti. B.

561 *Armamenta*] Utensilia, arma vel adjutoria. W. B.

Futile] Inaniter, inutiliter. W. B.

562 *Suffragia*] Auxilia. W.

Gliscat] Crescat. B. W.

565 *Tetrum*] Infaustum, infelicem, Abessalon et Absalon, utrumque dicimus. W.

566 *Patricidam*] Qui patrem occidit. W.

567 *In*] Contra. W.

Stringere] Nam voluit patrem interficere. W.

568 *Ah*] Heu ubi est modo pietas B. W. interjectio dolentis. W.

Signa] Vexilla. B. W.

569 *Egit*] Portavit. B. elevavit, duxit, portavit. W.

Unius] Proprii. B. Judeos cum Judeis. W.

Commisit] Fecit committi. B.

Arma] Civile bellum. W. B.

570 *Itidem*] Item. B. W.

Propagine] Procreatione. B. W.

Natos] Suasiones malignorum. B. W.

572 *Gignentum*] Patrum. B. quia ipsi peccatis nostris excruciamur. W.

575 *Verum*] Sed. B.

576 *Virginis*] Mariæ. B. quia de genere David fuit Dei genetrix. W.

577 *Tristibus*] Malis natis. B. W.

Piis] Bonis. B. W.

578 *Justis*] Fratribus, vel sanctis scil. operibus. W. sanctis filiis. B.

579 *Pigneribus*] Filiis. W.

Amaris] Sc. operibus. B. W.

580 *Salomone*] Salomonem vocat justitiam. W.

Nihil] Sc. agimus vel habemus. quia nos vitiis plus implemus, quam Salo-

mone, qui significat virtutes. W.

581 *Abessalon*] Vitia. W.

Lacerans] Oppugnans. B. W.

582 *Licet*] Licitum est. B.

Ethicis] Moralibus. B. de moribus. W.

Præsumere] Sumere. B. attingere. W.

583 *De Phisicis*] Naturalibus. B. de scripturis naturalium rerum. de naturis. W.

586 *Distenta*] Repleta vel gravida. B. W.

587 *Percita*] Insaniens. W.

588 *Sitit*] Cupit. B.

Trilinguæ] Serpens, quamvis non habeat nisi linguam unam; tanta tamen celeritate eam movet, ut videantur tres esse. W.

589 *Oscula*] Per. B.

590 *Insinuans*] Immittens. B.

Coitu] Pro, in.

591 *Nupta*] Conjux. B.

Saucia] Sauciata. W.

Mordicus] Adverb. mordaciter, mordendo. B. W.

Haustum] Devoratum. B. in ore adsumtum. W.

592 *Frangit*] Mordet. B.

Amatoris] Mariti. B.

593 *Caro*] Marito. B. W.

594 *Pater*] Ille masculus. B.

Illicebris] Voluptatibus. W.

595 *Necat*] Occidit. W.

597 *Motatum*] Commotum. B.

Vibrata] Pulsata. W. B.

598 *Pietatis*] Prolis. B. W.

Crimine] Quia maritum occidit. dolet enim, se esse carnificem mariti. W.

599 *Carnificem*] Se. W.

600 *Sæpti*] Inclusi, reconditi, circumdati. W.

604 *Obitu*] Morte. B. W.

Altricis] Matris. B. W.

605 *Eluctatus*] Evadens. B.

606 *Exsculpens*] Sulcans. B. investigans. Sculpere rem, dicimus, cum difficultate investigare. W.

607 *Orba*] Orbata. B. W.

608 *Diem*] Vitam. B.

Postuma] Proles. B. post mortem postuma proles dicitur, quæ post mortem patris aut matris nata est. W.

610 *Vipereo*] Diabolicò. B.

611 *Beliade*] Diabolo. Patronimicum a Belial. B. W.

Haustu] Consumtu. B. W.

614 *Pregnans*] Mens. B. W.

615 *Complicis*] Socii. B. consocii, conjuncti. Complices frequentius in malo ponuntur. W.

616 *Pensare*] Recompensare vel resolvere. B. W.

617 *Orbe*] Orbem, hominem appellat vel mundum, qui in similitudinem orbis est conditus: vel ipsum orbem, quem laqueis suis conatur decipere et interficere. W.

619 *Puerperiis*] Nativitatibus, parturitionibus. B. W.

620 *Peccamina*] Peccata. W.

621 *Objurgatio*] Increpatio. B. W.

624 *Percurre*] Perquire. W.

626 *Objectantem*] Opponentem. W.

Ex patre nam vos] Qui est ex Deo, verbum Dei audit. propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. B. nam gloriabantur, se patrem habere Deum; quod si fuisset, ipsa pietas, quam haberent erga filium, hoc probaret. W.

628 *Pro*] Interjectio detestantis vel irascentis. B. W.

631 *Semper*] Sc. qui est. W.

633 *Malit*] Magis vult. W.

634 *Nocticolæ*] Noctem colenti. W.

Spurcis] Immundis. B.

Indi] Diaboli. B. W.

635 *Virginis*] Mariæ. B.

636 *Progeniem*] Filium Dei. W. Christum. B.

637 *In fornice*] In lupanari de adulterio, fornicatione. fornicem vocat domunculas subterraneas, ubi meretrices veniebant noctibus. W.

638 *Sentio*] Intellego. W. B.

Contra] Econtra. B. W.

Pellacia] Fallacia. pellax, i. e. fallax. W.

639 *Dente*] Verbo vel ratione. W.

640 *Lacessito*] Provocato. W.

Vero] Veritate. B.

641 *Si non vult*] Vox Marcionis. B. dicis. W.

642 *Refert*] Distat, sc. utrum. B. W.

645 *Agere*] Vivere. B. W.

Sancta voluntas] Pura mens. B.

646 *Facto illo*] In operibus et cogitationibus. B.

647 *Condidit*] Dicis tu. B.

Alto] Cælo. W.

648 *Probat*] Permittit. W.

649 *Discludere*] Separare. W.

650 *Grassarier*] Crescere vel densari. B. W.

651 *Damna*] Obstrue. W.

652 *Obbrutescentis*] Insanientis, stolidi. W.

653 *Tanti*] Precii. melius, mihi amabilius placet. W. Melius est, si oculus tuus vel pes tuus scandalizarit te, &c. B.

654 *Officium*] Aures. B.

Cerebri] Capitis. B.

655 *Immunem*] Mundam, securam. W. B.

Modo] Tantummodo. B. W.

657 *Convitia*] Improperia. W.

658 *Nobilitatum*] Justificatum. B. qui floret nobilitate catholicæ fidei. W.

659 *Ut taceam*] Quæ dicere non possum. W.

Vel] Etiam. B. W.

Benignum] Non mala creantem, nec volentem. B.

660 *Vetiti*] Pomi vel cibi. B. W.

665 *Opere secundo*] Resurrectione. B. W.

666 *Labi*] Peccare. W. per peccatum. B.

Servare] Per pœnitentiam servat hominem. W.

Iste] Homo. B. W.

667 *Ille*] Dominus, Deus. B. W.

Resolvit] Peccata dimittit. B. quod debuerat damnari, indulsit. W.

668 *Argumentum*] Declaratio. B. exemplum vel signum.

Qui talia] Qui tanta indulget hominibus peccata. W.

669 *Nolle*] Sc. dixisse. W.

Probare] Laudare. B. W.

670 *Invitone*] Dicis tu; vel, dicit hereticus. B. W.

673 *Honestum*] Sc. honestum ut ipse consentiat. W.

674 *Stulte*] O Marcion. B. W.

Libertatis] Arbitrii. B.

675 *Origine*] Initio. B.

676 *Famulo*] Famulanti sæculo. B. W.

Super] Desuper. B. W.

677 *Ingenio*] I. e. liberum arbitrium habes. W.

Laxe] Adverb. libere. W.

679 *Placitum*] Sc. tibi. B.

683 *Credere*] Dare tibi. B. commendare. W.

Avarus] Ipse deus. sensus est, cum Deus omnia homini dedit, suæque potestati subdidit, q. avarus homini nollet libertatem dare et arbitrium mali vel boni. W.

684 *Ut*] Quasi. B. W.

685 *Quale*] Qualis res. W.

Rex] Homo. W. B.

686 *Curto*] Brevi. W.

687 *Domini*] Hominis. B. W.

Mens] Nam homo in hoc honorem non haberet, si libero arbitrio non uteretur. W.

688 *Impositæ*] Sc. sibi. W.

Sententia] Bonitatis. B. hominis. W.

Legi] Ligni in paradiso. B.

690 *Inter utramque*] Inter bonum et malum. W.

Discrimine] Arbitrio, vel decreto, et judicio discriminari inter bonum et malum. B. W.

691 *Promta*] Libera. B.

692 *Velle*] Concupiscere. B.

Aliud] Quam bonum. W.

693 *Atqui*] Certe. W. B.

694 *Probitate*] Bonitate. W. B.

Coacta] Probitati invitæ. B.

695 *Ingloria*] Ingloriosa, sine gloria. B. W.

Virtus] Sc. aliter. B.

696 *Refutans*] Respuens. W.
697 *Emicat*] Clarescat. W.
Indole] Nobilitate. spe. W. B.
700 *In subjecta*] Super terrena omnia. B.
Arbiter] Magister. W.
Idem] Tu ipse. B. W.
702 *Quo*] Ut. B. W.
704 *Injustum*] Injusticiam. B. W.
Justum] Jusiciam. B. W.
705 *Lux*] Deus. B.
Mors] Diabolus. B.
706 *Tua*] Ut tua. B.
707 *Æternum*] Aliter. W. B.
Damnet] Damnetur. B. W.
708 *Præstet*] Eligat. B. W.
Licentia] Quia licentia est permissa cuique, sequi sive velit bonum sive etiam malum. W.
709 *Pietate*] Dei. B.
Vigens] Homo. B.
710 *Propositum fas*] 'Ne comedas de ligno scientiæ boni et mali.' B.
Prudens] Superbus vel subtilis. B. W.
711 *Volens*] Voluntarius. B.
714 *Exprobranti*] Arguenti. W.
715 *Suadelis*] Ingeniis, serpentis. W.
Malefabris] Fictis, artificiosis. B. W.
716 *Illectam*] Deceptam. B. W.
719 *Volens*] Libenter. W.
720 *Consilium*] Domini. B.
721 *Magistrum*] Diabolum. B.
722 *Medius*] Nam hinc vocat Deus ad vitam; inde tyrannus ad mortem. W.
724 *Accipe*] Intellege. W.
Monumenta] Documenta. B. W.
725 *Prælusit*] Ostendit. B. scripsit. W.
Spectabile] Venerabile. W. memorabile. B.
728 *Urbicremis*] Quæ urbem cremabant. W.
730 *Flagrantem*] Ardentem. B. W.
Diem] Ignem. B. W.
Imber] Scintilla. B.
731 *Legem*] Fugiendi. B.
732 *Dupla*] Quia duo angeli erant. B. patris et filii. duplicem imaginem sub specie duorum virorum dicit. W.
733 *Apertum*] Ante vel præ se. W.
734 *Constans*] In mente. B.
Pone] Retro. W. adv. i. e. post. B.
736 *Quæ*] Sodoma. B. W.
737 *Ore*] Facie. B.
739 *Monitis*] Præceptis. B.
Uxor] Uxor Lothi sola perit. W.
740 *Mobilitate*] Mollicia. B.
742 *Hæc*] Uxor Loth. B. W.
744 *Diriguit*] Induruit. W.
Facta] Mutata in statuam salis. B.
746 *Caute*] In caute, in petra. B. W.
Sigillati] Imaginati, simulati. B. W.
Semper] Æternaliter vel longum. B. per ævum. W.
748 *Paulum*] Paululum. B.
Relata] Versa. B.
749 *Monimenta*] Memoramenta. W.
Rigentia] Dura. B. W.
750 *Liquitur*] Defluit. B. W.
751 *Dispendia*] Pericula, minorationes. W.
752 *Deliquio*] Defectu. B. defectione. W.
Saporum] Saporatum. i. e. dulce. B. W.
754 *Sufficit*] Subministrat. W.
Attritam] Consumtam. B.
755 *Titulo*] Signo. B.
757 *Fragilis*] Mulier. B.
Jussa] Ad implenda cælestia jussa. B.
Voti] Præcepti. B.
758 *Non commutab.*] Incommutabile. B.
759 *Alto*] Profundo. B.
761 *Tabularia*] Mercatus. B. W.
Jura] Leges; ubi juramenta dabantur. B. W.
762 *Balnea*] Loca juxta balneas sita. W. loca bibendi post balnea. B.
Propolas] Loca vendentium, ubi pigmenta, et aliarum rerum exercebantur venalia. W.
Meritoria] Lupanaria. et dicta est meretrix, eo quod mereat precium, vel meritas mercedes accipit. W. B.

Theatra] Spectacula. W.

763 *Circum*] Amphitheatra, vel ubi ludi exercebantur. W.

Popinas] Loca potandi, vel, loca juxta balnea sita, dicta q. propinæ, a propinantibus. B. W.

765 *Judice*] Sc. existente. B.

767 *Loth*] Anima. B.

Conjux] Caro. B. quia si voluisset, libera fuisset; tantum si non respiceret. W.

768 *Inverso*] Retro verso. B.

Ore] Facie. W. B.

Revisit] Respexit. B. W.

769 *Perstat*] Permanet. W.

770 *En tibi*] O Marcion. B. W.

Signatum] Indicatum sc. est, de Loth et uxore ejus, et de Adam liberi arbitrii. Et hactenus contra Marcionem de libero arbitrio disputat. B. W.

Libertatis] Liberi arbitrii. W.

772 *Situm*] Positum, concessum. W. B.

Passim] Ubique. B.

773 *Cedere*] Discedere. B. W.

Jussi] Sunt. B.

774 *Mussat*] Tardat. B. dubitat, deficit. W.

775 *Ille*] Loth. B. W.

Illa] Uxor. B. W.

Renutat] Prohibet. W.

777 *Libido*] Voluptas. B. W.

778 *Muta*] Ideo muta dicitur, quia rem mysticam signat. B. W.

Orbita] Significatio. B. pagina, rota temporis. W.

780 *Illa*] Ruth. B. W.

781 *Hæc*] Orpha. B. Gesbidonop gigans fuit, filius Orphæ. Orpha ipsa est arpha. W.

At quin] Certe. W.

Thalamis] Maritis. B.

784 *Fanorum*] Deorum. B.

786 *Aburitur*] Circumuritur. W.

787 *Fulchra*] Lectos. B. sustentacula vel lectorum vel aliarum rerum, quæ testiphadia nominamus. Fulcra etiam dicimus quæ nobis subterponimus equitantes, a quibus sustentamur. W.

Booz] Vir locuples qui adscivit Ruth in conjugium, colligentem spicas, Orphæ idolis se tradidit, et Diabolo se deputavit. W.

Adscita] Vocata. B.

790 *Hiulcum*] Patens, divisum, apertum. W.

792 *Nutante*] Vacillante. B. W.

794 *Dextrum*] Iter. B. W.

Spinea] Spinosam et scopulosam viam dexteram dicit, propter labores sanctorum, quos sustinent pro Deo. W.

795 *Aërium*] Cælestem. B. W.

Clivoso] Tortuoso, excelso. W.

Margine] Apice. W.

796 *Levum*] Iter. B. W.

Virecta] A viriditate. B. W.

798 *Squalentib.*] Sordidis, acutis. W.

Unum] Sc. memini. W. vidi ex illis duobus fratribus. B. W.

801 *Inmiscere*] Sc. vidi. W.

804 *Peragit*] Ducit. B.

Placitorum] Voluntatum, scil. opera. W.

Segrege] Segregata. B. separanti. W.

805 *Haut secus*] Non aliter. comparatio humani generis. B. W.

Ac si] Quasi. W.

Sudum] Q. seuiudum, i. e. serenum. B. W.

807 *Auceps*] Aves capiens. W.

808 *Visco*] Glutine. W.

809 *Siliquis*] Leguminibus. B. W.

810 *Illiciunt*] Decipiunt: quia capiuntur. B. W.

813 *Prolectat*] Delectat, illicit. W.

814 *Herba*] Arena. W.

815 *Suspectam*] Insidiosam, contemtibilem. B. W.

816 *Cælo*] In aëra. B.

Revolandum] Est. B.

818 *Laceris*] Laceratis. B.

Saucia] Vulnerata. W.

820 *Unicoloras*] Puras et immaculatas, et unius naturæ. W.

821 *Natura*] Sc. divinitatis. B. W.

Solo] Corpori. B. W.

822 *Devinctæ*] Devictæ. W.

823 *Conscendunt reduces*] Ascendunt revenientes. B. W.

Viscosus] Glutinosus. W.

Inæscat] Decipit, saturat. W.

825 *Inde*] Proinde. B.

Liventia] Nigra. B. W.

827 *Furvo*] Nigro. B. W.

828 *Sanxit*] Decrevit. B. W.

Edaces] Rodentes. B.

829 *Inolescere*] Crescere. W.

830 *Vegetamen*] Animam. B. commotionem, vitam. W.

832 *Infusam*] Formatam. W.

833 *Convexa*] Poli. B. cæli, ad cælestia. W.

834 *Puteo*] In puteo. B.

835 *Discruciatibus*] Pœnis. W.

836 *Senio*] Ætate. B.

Periret] Deficeret. B.

837 *Pereunte*] Deficiente. B. W.

838 *Materiem*] Animam. B.

Mors] Consumtio. B.

843 *Gomorreas*] Sodomiticas, i. e. terrenas delectationes. B.

845 *Properanda*] Celeriter fugienda. B. cita. W.

847 *Structum*] Plasmatum. B.

Vegetaverat] Animaverat. W.

848 *Naturam*] Animam. B. W.

850 *Concretum*] Densum. W.

Secat] Anima. B.

851 *Scintilla*] Anima. B. W.

852 *Situs*] Habitationes. B. positiones. W.

853 *Postliminio*] Introitu. exilio, de captivitate. Postliminium est reversio de captivitate, quando longo quis tempore limen domus suæ dimissum repetit. quod etiam Sancti Doctores solent dicere, quando stilum ad alia transmittunt; tunc iterum ad ea revertentes, hoc postliminium solent dicere. W.

854 *Oblectat*] Nutrit animam. W.

856 *Querulo*] Conquerenti. W.

Passa] Sc. sit vel erat. W. B.

857 *Latus*] Latus habens exporrectum. extenta, vel jacens. B. W.

858 *Libat*] Degustat, accipit. W. B.

859 *Ambrosium*] Ambrosia, cibus deorum. sed ponitur pro omni suavitate. W.

Aliæ] Animæ. B. W.

Piis] Animabus. B.

Quis] Animabus. B. W.

Patris] Abraham. B. W.

Ægri] Lazari. B. W.

Abysso] A gremio. W.

Exclusis] Sc. de gaudiis paradisi. B. W.

Morte] Cum interitu animæ. B. W.

860 *Ditibus*] Divitibus. W.

Fumantibus] Tangit de divite et paupere. W.

862 *Implorata*] Rogata, sc. fides justi. anima justa. B. W.

Insertare] Immittere. W.

864 *Locis*] Cælo et inferno. B. W.

866 *Conspicuos*] Claros, manifestos. B. W.

Notari] Videri, cognoscere. W. B.

867 *Orbe*] Mundo. B. rotunditate terræ, spacio. W.

868 *Fine*] Termino. B. W.

869 *Palla*] Vestis, qua sacrificabatur Palladi; sed ponitur pro omni veste. hic pro pellicula, quæ tegit pupillam. W.

870 *Obice*] Objectione. B. W.

Speculum] Visum. W.

Concreta] Densa. B. W.

Coagula] Aëris. B. W.

871 *Humore*] Aëris. B.

Fenestras] Oculorum. W.

873 *Teretes*] Rotundæ. W.

874 *Satis*] Sætas vocat cilios; quos nos etiam tautones proprie nominamus. W.

875 *Illis*] Animabus, oculis animarum. B. W.

Ignis] Igneus vigor. W.

876 *Trajector*] Penetrator. B. transmissor. W.

877 *Ferrugineum*] Nigrum, tenebrosum. B. W.

879 *Prætenti*] Velocis. W.

Area] Rotunditas, planicies. B. W.

Mundi] Cæli. W.

880 *Tantum*] Sicut facit oculus

corporis. B.

Visu] Cum. B.

Hiatus] Apertiones vel vastitates. W.

881 *Spiritus*] Anima. B. W.

Oppositos] Contra positos. W.

Lumine] Sapientia. B.

882 *Thylæ*] Ultima insularum. W.

883 *Transabiit*] Transit. W.

885 *Cæco*] In nocte. B.

886 *Exutæ*] Spiritus, animæ, formæ. W. B.

Viscere] Carne. B. W.

887 *Notas*] Rationes. B.

Gressibus] Rationibus. W.

889 *Cuique*] Unicuique. B.

Summa] Qualitas. W.

Sinistri] Mali, adversitatis. B. W.

890 *Dextri*] Boni, prosperitatis. Dextrum vel sinistrum aërem vocat dextram vel sinistram; quarum una ad vitam, altera ad mortem tendit. B. W.

891 *Vices*] Tempora. W.

892 *Quidquid*] Sive requies sive pæna sit. B. W.

893 *Expertos*] Probatos. W.

894 *Abdita*] Secreta loca. W.

Quietis] Somni, quietudinis. W.

895 *Rore*] Suavitate. in nocte. W. B.

Soporatis] Hominibus. W.

896 *Aciem*] Visum. W.

Astra] Cælum. W.

897 *Intendens*] Bene prospiciens. W.

Ipsa] Anima. B. W.

898 *Vivis*] Ut ante mortem exeant a corpore. W.

899 *Penetralia*] Secreta. B. W.

Medullis] Ab interioribus. W.

900 *Abigit*] Pellit. B. W.

902 *Acrem*] Clarum vel acutum. B. W.

904 *Disclusa*] Separata. W. aperta. B.

Ante oculos] Sc. habens omnia. B.

905 *Elementum*] Infernum. B. W.

906 *Visibus*] Animæ. W.

908 *Optutibus*] Visibus. B. W.

909 *Pervigilis*] Semper vigilantis. W.

Densata] Spissa. W.

910 *Vellere*] Nube tenebrosa. B. W.

911 *Sic*] Tali modo. W.

Archana] Mirabilia. W.

913 *Sequestra*] Separata. W.

915 *Dispositos*] Ordinatos. W.

Solibus] Diebus vel temporib. B. W.

916 *Procinctum*] Exercitum, apparatum. B. W.

917 *Raucos*] Tristes. W.

918 *Mugitus*] Qui erunt in die judicii. W.

Gravium] Magnarum, raucarum. B. W.

920 *Secedente*] Vagante. W.

921 *Flatus*] Anima. B.

922 *Involucris*] Involutionibus. B. Volucra dicimus involutiones vestimentorum; sed hoc in loco involutionem corporis mortui in sepulcro vocat involucra. W.

923 *Certa*] Æterna; scilicet est. W. B.

Sub tetru] Ubi perpetua nox est. W.

926 *Pauperis*] Lazari. B. W.

Expositos] Manifestatos, sc. esse caminos. W. B.

Secius] Tardius. B. W.

Aurea] Pulcra. B. W.

927 *Dirimente*] Dividente. B. W.

Chao] Confusio tenebrarum; quia confusione distante non possumus misceri felices et mali. W.

928 *Eminus*] Econtra. W.

929 *Paradisicolæ*] Lazaro, paradisum colenti. B. W.

931 *Spiritus*] Sc. divitis. B. W.

933 *Subsistit*] Est. B. W.

934 *Moderante*] Regente. W.

Principe] Sc. Existente. B.

937 *Indignum*] Quod sit. B. W.

938 *Confiteor*] Sc. omnia mea commissa. B. W.

940 *Favens*] Adjuvans. W.

941 *Quandoque*] Olim. W.

945 *Condefleta*] Defleta, conclamata. W.

950 *Præceps*] Profundum. B. W.

953 *Multa*] Multiplex. B.

Habitatio] Mansio. W.

956 *Pulvereum*] Terrenum. B. W.

Censum] Pecuniam. W.

958 *Castrata*] Castigata. W.

967 *Glorificent*] Lætificent. B. W.

IN PSYCHOMACHIAM.

Psichomachia Græce, Latine dicitur animæ certamen, eo quod ibi bella figurentur, quib. adversus vitia fidelis anima præliatur. sed textum narrationis de libro Genesis assumta præcedit præfatio, ut sequens opus divina melius commendet auctoritas. W.

PRÆF. 1 *Prima*] Ita recte vocatur Abraham, ut scriptum est: 'Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam. propterea non solum pater est circumcisionis, sed et omnium eorum, qui sectantur ejus vestigia fidei.' W.

2 *Beati*] Christi sexus pater extitit, ut non tantum dilatione desideria crescerent, sed etiam ut ad excipiendam gratiam multis eruditionibus corda præpararentur, dinque expectata redemtio tandem adveniens gratior haberetur. W.

3 *Adjecta*] Aiunt Hebrei, quod He literam de nomine suo, quod apud eos tetragrammaton est, Abræ Deus dederit; ut, qui prius pater excelsus appellabatur, postea multorum, subauditur, populorum sive gentium pater vocaretur. B. W.

5 *Senile*] Qui in senectute datus ei fuerat. W. offerens filium, qui fuit senile pignus. B.

Pignus] Pignera filii nuncupantur, eo quod in eis spes habeatur futuræ posteritatis. B. W.

Dicavit] Consecravit. W.

Victimæ] Ad victimam. B.

6 *Litare*] Immolare. Lito derivatur a linio, et est frequentativum, licet aliud significare videatur. B. W.

7 *Quod*] Sicut Abraham unigenitum, quem diligebat, obtulit: sic offerendum Deo credat fidelis, quicquid præcipuum cordis invenerit. B. W.

Cordi] Sc. est. B.

Pium] Dilectum. B.

9 *Profanis*] Profanæ gentes sunt passiones animæ et vitia. B. sunt portenta cordis et animæ passiones, quæ cupiditas, lætitia, et ægritudo. unde et Virgil. canebat: 'Cupiunt, gaudentque, dolentque.' W.

10 *Exemplum*] Sicut ille vero reges perdidit: ita nos exterminare vitia suasit, quibus in quinque sensibus subjugati sumus. Nam Abraham spiritum bellicosum significat: Quinque reges, quinque sensus corporis: Loth, fidem captam a vitiis; quam relaxat spiritus bellicosus. CCC. XVIII. verniculi fidem significat, quæ in Niceno Concilio est constituta a CCCtis XVIII. Episcopis. sed X. ad Decalogum; VIII. ad octo beatitudines pertinere possunt. Qui his omnibus caret, nunquam ad prædictas beatitudines perveniet. B.

11 *Prolem*] Fructum boni operis. B.

12 *Editam*] Prolatam. B. procreatam. W.

13 *Strage*] Cæde. B.

Bellicosus spiritus] Ratio, quæ est in anima, pugnam exercens contra vitia. B. Ab harum servitute cum cor bellicosus spiritus liberaverit, erit consequens, ut de matre virtute placens Deo proles creetur, boni sc. operis fructus. W.

14 *Portenta*] Monstra vel vitia. B. W.

15 *Ceperant*] Merito capitur, qui cum criminosis moratur; immo delegerat immorari; contra quod Moyses ad populum, 'Discedite,' inquit, 'a tabernaculis hominum impiorum.' haut dubium, quin dicat abire, ne et ipsi involvantur in peccatis eorum. W. B.

16 *Immorantem*] Habitantem. B.

17 *Fovebat*] Incolebat. B. diligebat. W.

18 *Pollens*] Crescens sive fulgens vel abundans. sicut scriptum est: ‘ Recordatus est Deus Abraham, et liberavit Loth de subversione urbis.’ B. W.

Honore] Ob honorem patrui Loth pollebat. sicut scriptum est, &c. vel certe quia apud omnes Abraham Propheta Dei habebatur. W.

Patruelis] Abrahæ. W.

19 *Sinistris*] Contrariis. Sinister nuncius erat, qui adversa captivitatis, nepotemque captum servire barbaris nunciabat. W. B.

Excitatus] Conturbatus. B.

21 *Barbarorum*] Gentilium. W.

22 *Terque senos*] XVIII. B. W.

24 *Quem*] Euntem hostem divitis gazæ copia impeditum fecerat. B. W.

25 *Impeditum*] Hostem pro hostibus posuit, singul. pro plur. ut est illud: venit musca gravissima. W.

Copiis] Divitiis. B. W.

26 *Stringit*] Evaginat. W.

Plenus Deo] Quoniam plenus Deo erat, ideo adversas acies facile superabat. B. W.

27 *Mole*] Magnitudine. W.

28 *Pellit*] Hic invenitur schema, quod hypozeuxis appellatur; videlicet ubi diversa verba singulis quibusque clausulis proprie junguntur. W.

Sauciatos] Vulneratos. W.

30 *Monilia*] Ornamenta. B. pro omni ornatu. W.

31 *Buculas*] Vaccas, greges vaccarum. W. armenta boum. B.

32 *Expeditus*] Liberatus. B. velox vel solutus. W.

33 *Bojis*] Boja est apta catena colli. Bacas nominat vincula ob rotunditatem; sed et teretes gemmæ bacæ dicuntur; ut illud: ‘ Oneretque bacis colla rubri litoris.’ Nam et oleæ fructus sive lauri bacas vocamus. W. Baga ferrum dicitur, quo captiva sæpe mancipia strictis collis et manibus aguntur. B.

34 *Hostici*] Hostilis. B.

36 *Quam*] Aliquam. W.

Sanguinis] Cognationis. B.

Prosapiem] Posteritatem. B. progeniem. Indignum quippe erat, ut progeniem fidelis sanguinis, pessimi possiderent principes. B. W.

37 *Vis*] Potestas. W.

39 *Ferculis*] Cibis. metafora. B. æscis vel mensis. W.

40 *Sacerdos*] Melchisedech. W.

Præpotens] Valde potens. B.

42 *Secreta*] Scriptura. Ut Apostolus ait: ‘ sine patre, sine matre, sine genealogia.’ Neque initium dierum, neque finem vitæ habens. nihil enim eorum scriptura refert. Assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Et figuram Dei tenuit, qui sine initio vel principio fuit. W. B.

43 *Melchisedech*] Interpretatur rex justitiæ. Nam græce Melchos rex. Salech justitia. Et jure; quia ipse significat Christum, qui est rex justitiæ. B.

Quis majoribus] Quibus antecessoribus natus, id est, patribus. W.

45 *Triformis*] Triplex. W.

46 *Magalia*] Hutten: mapalia et magalia idem sunt, id est, casæ pastorum, quæ et tugurium. W.

47 *Quietam*] A partubus. i. e. sterilis. Vieta dicitur curva; unde et vimina a curvando. W.

Sarra] Nam Sarai ante vocatur, quæ interpretatur princeps mea, i. e. gentis Judeorum, postea mutato nomine Sarra dicta est, i. e. princeps, absolute. subauditur, omnium gentium. W.

48 *Exsanguis*] Sicut scriptum est: ‘ Desierant Saræ fieri muliebria.’ B. W.

49 *Cachinni*] De risu patris, non matris dictus est Isaac. quoniam iste venerat ex dubitatione; propter quod et mulier reprehenditur; ille vero de gaudio. B. W.

50 *Linea*] Umbra, figura, forma. Ut pictorum est, futuras imagines quibusdam prius lineis adumbrare: ita omnia in figura contingebant illis. scripta autem sunt propter nos; quæ utique rectis gressibus adimplenda sunt. B. W.

51 *Quam*] Lineam. W.

Resculpat] Renovet. W.

Pede] Tramite. W. sensu. B.

52 *In armis*] Armis scilicet lucis induti. portionem nostri corporis, quæ per Loth, qui interpretatur declinans, accipitur, a fædæ libidinis servitute cohibeamus, adnatis introrsum viribus; ut illud: 'Quodcunque invenerit manus tua, constanter operare. quia neque opus, neque ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas.' B. W.

Arma] Arma pectorum, virtutes sunt. W.

54 *Capta*] Adprehensa. W.

Serviat] Pro, serviebat. B.

55 *Domi*] In te. Domus nostra est mens nostra. W.

Coactis] Collectis. B. congregatis. W.

56 *Nos*] Sc. docet. B.

Large] Abundanter. Abunde domesticorum divites sumus, si CCC. X. et VIII. fidem patrum inconcussam tenuerimus. B. W.

Vernularum] Bonarum virtutum. B. virtutibus. W.

57 *Trecenti*] Isti trecenti mysterium significant, sc. Crucis. Tau enim, qui figuram sanctæ Crucis, trecentos significat. si vis scire de decem et octo, lege Arithmeticæ minorem numerum intra novem computabis. W. significat in templo Constantini CCCtos X. et VIII. Episcopos defendisse Ecclesiam Dei contra heresim Arrianorum. B.

58 *Figura*] In fig. B.

59 *Mox ipse*] Per fidem igitur perturbationibus superatis, sensibusque corporis libertate donatis, nihilque de nobis vindicante peccato; tum demum Christus, qui sacerdos verus, seipsum obtulit immaculatum Deo, victoribus dignanter occurrens, panem corporis vinumque sui sanguinis offert. B. W.

60 *Parente*] Ut ait Propheta: 'Generationem ejus quis enarrabit?' B.

61 *Cibum*] Æternam refectionem. B. W.

62 *Pudic.*] Cordis etiam pudici humilem mentem hospita Trinitas intrare dignabitur; juxta illud: 'Ego et pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus.' B. W.

Casam] Mansuetudinem. W. justitiam scrutans uniuscujusque cordis.

63 *Hospitæ*] Si nos bellum contra vitia gesserimus, tunc intrabit Trinitas habitaculis nostris, et fecundabit ea filiis virtutum. Hospita apud veteres fem. gen. apud nos communis generis. W.

64 *Animam*] Quam Sarra significat. B.

Spiritus] Per spiritum intellegere vult Abrahам: per animam, Sarram. W.

Complexibus] Complexus spiritus est animam animalis eripere. B.

65 *Maritam*] Syncopa, i. e. conjunctam, q. maritatam, a verbo quod est, marito, as. B. W.

Prolis] Virtutum spiritalium. W.

Expertem] Ignotam. W.

66 *Fertilem*] Fructiferam cum bonis operibus. B.

Semine] Si semen est verbum Dei, consequenter et filii opera sunt, quorum utique mercede in fine dominabimur; non feminam, i. e. non molle quid ac resolutum, sed puerum, i. e. forte ac solidum parientes; ut illud: 'Cum autem pepererit puerum,' &c. B. W.

67 *Dotem*] Sc. virtutum. W. vitam beatam; vel justam vitam. hos sinit intrare, quos dignos probat. B.

Puerpera] Puerum patiens. W.

68 *Herede digno*] Secundum illud: 'Filii tui sicut novella olivarum.' Et

alibi : ' Dirige filios eorum.' Ac paulo post : ' Et opera manuum nostrarum dirige super nos.' B. W.

Patris] Ostenditur per divinitatem et humanitatem ; quæ cum sint duo, non tamen duo, sed unus est Christus. W.

PSYCHOM. 1 *Graves*] Magnos. W.

Miserate] Partic. a verbo miseror, aris, quod regit accusat. B. Hinc etiam miserans ait : ' Venite ad me omnes, qui laboratis.' W.

2 *Patria*] Paterna. B. Paterna virtus Christus est substantiva, non accidens ; neque secunda qualitas patris, sed filius ejus est ; quia non a se, sed ab eo ipso genuit se. W. B.

Cluis] Crescis, polles. B. W.

Una] Sc. substantia. B.

3 *Nomine trino*] Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. W.

Non tamen] Sic in Deo credamus unitatem, ut solitudinem non admittamus. Unus est enim, non solitarius. B.

5 *Dissere*] Ostende vel dic. W.

Milite] Exercitu fugare vitia. W.

6 *Armata*] 'Arma,' inquit Apostolus, 'militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Dei.' B. W.

Queat] Possit. W.

Antro] Cogitatione. W.

7 *Exoritur*] Excrescit vel evenit. W.

Turbatis] Congregatis. W.

8 *Seditio*] Discordia. ' Caro concupiscit adversus spiritum ;' et retro. B. W.

Animam] Cogitationem. W.

Morborum] Vitiorum. B. W.

Rixa] Contentio. W.

Fatigat] Tribulat. W.

9 *Præsidium*] Auxilium. W.

Pro libertate] Quæ est ad protegendum. Absit, ut in se Christus credentes vitiis exposuerit, viribusque reddiderit destitutos, etiamsi maximis virtutibus nequaquam præditi sint ; cum dicat : ' Noli timere pusillus grex ;' benedicatque pusillis cum majoribus. state et nolite iterum jugo servitutis contineri. alioquin qui facit peccatum, servus est peccati. B. W.

Pro libertate] Bona facere. W.

10 *Acies*] Sc. obsistit. W.

Furiis] Vitiis vel suggestionib. W. B.

Præcordia] Interiora. B. integrum mentis ingenium. W.

11 *Obsistat*] Contra stet. W.

Meliore] Cælesti multitudine vel virtute. W.

Nec enim] Quia. B.

Ductor] Autor vel dux. W.

12 *Nervis*] Virtutibus. W. viribus. B.

13 *Christicolas*] Christianos, qui Christum colunt. W.

Populantibus] Vastantibus. W.

Exposuisti] Contra pos. B. non depos. W.

14 *Ipse*] 'Induite,' inquit, ' armaturam Dei.'

Salutiferas] Signatas. W.

Obsesso] Circumsepta anima. W.

Turmas] Virtutes. B.

15 *Depugnare*] Contra vitia præcipis pugnare. W.

Excell. arm. artibus] Cælestibus adjuvas virtutibus. W.

16 *Ingenium*] Ingenium potens, Christo potius vincat. unde et Psalmista : ' Non nobis Domine, sed nomini tuo da gloriam.' Itemque in Deo faciemus virtutes. W. B.

Ludibria] Ad ludos. W. immundiciem. B.

17 *Potens*] Habens cæleste adjutorium. W.

Tibi] Ad tuum honorem. B.

Et tibi] Ad tuam laudem. B.

Vincat] Tunc caro lætatur, cum vitia vincit. W.

18 *Præsens*] Omni tempore parata ad prælium. W.

Comminus] Contra, sine intermissione. W. prope. In seq. siquidem opere contra invicem posita sunt et repugnantia vitia, et expugnantes vir-

tutes. unde conicitur, velut pictis historiis omne carmen ab autore fuisse distinctum. B.

19 *Colluctantia*] Obstantia. W. repugnantia. B.

20 *Viribus*] Suggestionibus. W.

Portenta] Jure vitia portenta nuncupantur; non enim secundum naturam sunt, sed naturæ contraria. B. W.

Notare] Componere. B. scribere. W.

21 *Prima*] Rectissime a fide cæpit, quæ, teste Apostolo, et initium bonorum, et virtutum est fundamentum. alioquin quicquid non est ex fide, peccatum est. B. W.

Petit] Intravit. B.

Campum] Campus est mundus, in cujus fines prædicatorum sonus exivit; nec apud eos, sed apud incredulos sors dubia videbatur. B. W.

Duelli] Belli. duellum q. duorum hominum bellum. B. W.

22 *Agresti*] Non enim ad prædicandum philosophos, sed piscatores elegit. W.

Turbida] Irata. W. deformis, non secundum carnem militans. B.

Cultu] Habitu. B.

23 *Nuda*] Promta ad bona opera. B.

Humeros] Nudos habens humeros. W.

Intonsa] Inculta; quæ non colebatur, ut virtus. B.

Exserta] Nudata ad prælium. B. 'In carne,' inquit, 'ambulantes, non secundum carnem militantes.' W.

Lacertos] Brachia. W.

24 *Repentinus*] 'Et factus est repente de cælo sonus.' W.

25 *Nec telis meminit*] Non enim in sapientia verbi syllogismos Aristotelis, sive contorta Chrysippi, sancti prædicatores jaculati sunt. W.

26 *Valido*] Hujus omnino validum pectus erat, qui dicebat: An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christi? W.

Membris] Membra etiam retexerat. 'Nihil,' inquit, 'intulimus in hunc mundum,' &c. W.

Retectis] Nudatis. B.

27 *Frangenda*] Ne idololatria atque cultura Deorum ulterius coleretur. B.

Belli] Sæcli. W.

28 *Lacessentem*] Provocantem fidem prima ferit idololatria, cum fidei prædicatores insequitur. W.

Collatis] Collectis. B.

30 *Illa*] Fides.

31 *Hostile*] Hostile caput labefactat, cum reges sive philosophi ad cultum curvantur religionis. W.

Caput] Idololatriæ. W.

Falerata] Ornata. B. W.

Ora] Aspicientes vana pro nihilo computantur. Nam et moriuntur cum medicantur ut videant. W.

33 *Elisos*] Confractos. W.

34 *Commercia*] Mutuata vicissitudines flatuum. B. teniæ. B.

Artant] Constringunt. W.

36 *Legio*] Sc. Fidei. W.

Coactam] Collectam. B.

37 *Animarat*] Instigabat. B. animum dederat. W.

38 *Socios*] Virtutes. B.

Parta] Syncopa. B. parta, acquisita, præparata: et venit a verbo pario. W.

39 *Floribus*] Flores sunt immarcessibilis viror æternæ mercedis; quia per sanguinis sui undam vitam æternam promeruerunt. W. voluptatibus. B.

Ardenti] Pro ardore dilectionis posuit. B.

Ostro] Purpura. B.

40 *Exin*] Deinde. W.

Gramineo] Graminoso. B.

Campo] Exercitium continentiæ virore jugi jucundum est. W.

Concurrere promta] Pugnare parata. B.

41 *Pudicitia*] Jure post Fidem Pudicitia ponitur; quoniam sicut integritas fidei, virginitas est mentis; ita

castitas carnis, exordium est sanctæ operationis. Hac enim destructa, omnis virtutum fabrica ruit. W.

Speciosis] Speciosa sunt utrinque arma lucis; ut illud: 'Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes.' W.

43 *Piceamque*] Omnes adulterantes q. clibanus corda eorum, quæ succensa intrinsecus nidore fetent, et lumine carent. sed piceam facem appellat, quia in libidine ardor et fetor est. W.

Pinum] Facem. B.

44 *Lumina*] Intellectum perspicuæ veritatis, immundis cupit delectationibus obscurare. W.

45 *Appetit*] Quæsivit. W.

46 *Dextram*] Immunditias blandæ persuasionis rigore propositi gravi celeriter ab aspectu depellit. W.

47 *Lupæ*] Meretricis. B. W.

Imperterrita] Petra erat Christus. W.

48 *Ore*] Sc. suo. W.

49 *Exarmatæ*] Sine armis. B.

Jugulum] Pectus vel cervicem. B. W.

50 *Gladio*] Repulsis igitur cogitationibus immundis, gladio utitur, quod est verbum Dei; ut illud: 'Fornicatores enim et adulteros judicabit Deus.' W.

51 *Sanguine*] Quod non potest a vigilantibus torquere, dormientibus velut invitis molitur; nec ulterius procedere sinitur. W.

Concretos] Commixtos. B.

Cænoso] Fædo, lutulento. Cænos Græc. lutum dicitur. B. W.

53 *Exclamat*] Castitas ad suos conversa inquit. W.

54 *Hic*] Talis. B. in hoc loco. W.

Semper] Æternum. W.

58 *Tene*] Miror. W.

59 *Recalescere*] Revivescere. W.

61 *Cupidineo*] Libidinoso. W. luxurioso. B.

Lavit] Humectavit. B.

62 *Torum*] Lectum. W.

Mœchi] Adulteri. B. stupratoris. W.

63 *Sprevit*] Amor carnis, amore Christi, tanquam clavo clavus extruditur. W.

Incestos] Inlicitos. W. unreine. B.

Compescuit] Prohibuit. B.

64 *Tropeum*] Sicut etiam ipsa precabatur: 'Conforta me omnipotens rex sæculorum.' W.

65 *Cælitus*] Divinitus. B.

66 *At*] Poëta. W.

Parum] Parumper. W.

Fortis] Sc. fuit. W.

Sub umbra] Legis Moysi, in qua occultabatur ritus Ecclesiæ. B. in infidelitate cordis. Sensus est: propterea potuisti resurgere, quia sub umbra legis pugnabat, non sub gratia. W.

67 *Tempora nostra*] Qualiter Christiani agere deberent. B.

68 *Quibus*] In quibus sc. temporibus.

69 *Caput*] Vitiorum. ut nequissimum caput, i. e. diaboli, a suo corpore, quod erat humanum genus, separaret, fierentque de vasis iræ vasa misericordiæ. W. diabolum vel vitia. B.

553 *Proborum*] Electorum. B. W.

554 *Generosus*] Nobilis. W.

Anicius] Nobilissimus fuit, de cujus genere Boëtius fuit; et a quo familia Anniadum dicitur. W.

557 *Fastis*] Libris, quod fecit libros potestatibus. W. B.

Palmata] Victrici. B.

558 *Martyris*] Cujuscunque. W.

Fasces] Dignitates, quas habuit Brutus Consul. W.

559 *Ambit*] Desiderat. W.

Ausoniam] Italicam. B. W.

Christo] Propter Christum. W.

Securim] Potestatem. W.

561 *Superbam*] Nobilem. B. W.

562 *Patriciæ*] Patricii erant consules, qui more patrum populum regebant. W.

563 *Plebicolas*] Plebem amantes. B. W.

565 *Præcipuos*] Principes. W.

566 *Lictoribus*] Ministris vel militibus. B. W.

568 *Domus*] Familias. W. B.

569 *Placet*] Licet. W.

570 *Idolii*] Paganismi. B. W. Idolium est locus, in quo idolis immolabatur. Idolothitum, sacrificium. Idolum, res ipsa, cui immolatur. W.

Emersisse] Exisse. B. W.

571 *Si persona*] I. e. si dignitas temporalis aliquid valet apud Deum. W.

572 *Formam*] Pulcritudinem. W.

574 *Potiores*] Excellentiores, meliores. B. W.

575 *Cellam*] Ecclesiam; templum, ubi congerebantur nobiles Romanorum. W.

577 *Obtritos*] Consumtos. W.

Ægre] Difficile. W.

578 *Exactas*] Prætcritas. B. W.

579 *Solem*] Christum. W.

580 *Quota*] Quam magna. B. W.

581 *Infectam*] Pollutam. W.

Sanie] Putredine. W.

582 *Cænacula*] Capitolia. W.

583 *Terit*] Pedites. W.

584 *Et quem*] Pauperes. W.

Dispensus] Dispensatus. W.

585 *Vaticano*] Ubi requiescit corpus S. Petri. B. W.

Tumulum] Sepulchrum. W.

586 *Quo*] Ubi. B.

Genitoris] Petri.

Obses] Dicitur, qui loco pacis datur. Et obses beatus Petrus fuit Romanis, qui pacem eis attulit. W.

587 *Lateranas*] Ad basilicam S. Johannis baptizantis. ubi Ecclesia est in honore XII. Apostolorum. W.

592 *Extendere*] Protelare. W.

594 *Luce*] Fide Evangelii. W.

595 *Meritis*] Bellorum virtutibus. W.

Sanguine] Genere, nobilitate. W.

596 *Titulis*] Inscriptionibus. W.

597 *Fastorum*] Annorum librorum. B. W.

599 *Veteres*] Principes. B. W.

Cæra] Quia statuas cæreas et æreas antiqui nobilissimi faciebant. W.

Ære] Æreis tabulis. W.

600 *Caterva*] Multitudine. W.

605 *Sic consulta*] Non aliter licitum, servare fidem Christi, quam Patres constituerunt; quam eam, quam trecenti constituerunt. W.

610 *Subsellia*] Judicia. W.

611 *Infame*] Detestabile. W.

Pulvinar] Templum, a pulvinariis, i. e. lectisterniis, quæ in templis Deorum faciebant, ubi responsa accipiebant a diis. W.

613 *Principis*] Theodosii. W.

614 *Frequentia*] Multitudo. W.

615 *Terret*] Ut in Christum cogeret credere. unusquisque sua sponte Christum credebat. W.

617 *Ratione*] Prædicatione. W.

619 *Sacricolis*] Paganis. W.

623 *Obstant*] Cogendo. W.

624 *Ipse*] Deus, Imperator. W. B.
627 *Assertor*] O Symmache. B. W.
629 *Furores*] Minna. B.
630 *Iliacæ*] Opis. B. W.
Megalesia] Sacrificia solemnia. B. W.
Bachica] Sacra Liberi patris.
Nysi] A civitate Nysa, in qua colebatur Liber. W.
632 *Mimica*] Stulta, scurrilia. W.
Calvis] Deceptoribus. W.
639 *Liquidam*] Nitidam, pulchram. W.
644 *Preciosa acies*] Splendor auri. B. W.
Acies] Acumen. W.
647 *Frivola*] Ineptias. W.
649 *Indocilis*] Ego. B. W.
Lacessere] Provocare. W.
650 *Liber*] Symmachi. W.
651 *Partam*] Paratam. W.
Fulmine] Cum tonitru. B. W.
653 *Parma*] Scuto. W.
657 *Ludere*] Vitare vel declinare. W.

LIB. II. CONTRA SYMMACH.

Præf. 3 *Exitu*] Recedente die. W.
6 *Flamina*] Ventos. W.
10 *Jactatam*] Fatigatam. W.
19 *Ac si*] Quasi. W.
20 *Obambulet*] Circumambulet. W.
36 *Pessum*] Deorsum, perditioni, pessime vel male. W.
40 *Nec*] Sc. ideo. W. B.
44 *Sic me*] Figura mystica. B.
49 *Quem*] Me. B.
51 *Plane*] Certe. W.
Temerarius] Præsumtor. W.
52 *Noctis*] Ignorantiæ, peccati. W.
Ago] Duco. B.
56 *Disertior*] Doctior, eloquentior. W.
60 *Tractandæ*] Gubernandæ. W. B.
Indocilem] Me. W. B.
65 *Sensim*] Paullatim. B. W.
Lib. ii. 1 *Cunabula*] Initia. B. W.
2 *Hebes*] Stultus. W.
4 *Objecta*] Mihi a Symmacho. W.
Legam] Colligam. B. W.
5 *Cæpisse*] Hanc heresim colere. W.
Quibus] Causis. W.
Orsum] Inceptum. W.
6 *Quo*] Ut. B. W.
Illice] Suasoria arte, deceptibili, deceptrice. W.
7 *Armorum*] Præliorum. B. W.
Dominos] Romanos. W.
8 *Patris*] Patrum. W.
Genitos] Nutritos. B. W.
Imagine] Filio, qui est imago patris.
Avita] Antiqua. W.
9 *Exempla*] Per. B. W.
Congesta] Cumulata. W.
10 *Catus*] Doctus. Symmachus. B. W.
11 *Jactat*] Ad Senatum dicit. W.
15 *Sancte*] Religiose. W.
17 *Reddunt*] Respondent. B. W.
19 *Ausoniæ*] Romanæ. B.
Vir] Symmache. W.
21 *Pater*] Romulus. W.
22 *Hanc*] Artem. W. victoriam. B.
23 *Aris*] Sacris. W.
Farre] Sacrificio farris. W.
26 *Hanc*] Victoriam. W.
29 *Explicet*] Expandat. W. B.
Talentis] Metallis. W.
30 *Versis*] Cum in fugam vertuntur homines. W.
32 *Formæ*] Victoriæ deæ, quæ formam feminæ habet. W.
34 *Anhelantum*] Sudantium bello. W.
36 *Pexo*] Ornato. W.
Virago] Fortis femina, victoria. W.
37 *Suspensa*] Elevata. W. B.
Strofio] Cingulo. B. W.
38 *Tumidas*] Per tumid. W. B.
40 *Jure*] Quia hoc lex Poëtarum est. W.
41 *Lepida*] Aperta, eloquens, pulchra. W. B.
Sacello] templo. B. W.
42 *Notis*] Figuris, coloribus. W. Farben. B.

44 *Ludere*] Pingere. W. mahlen. B.

Fucis] Mendaciis. W.

46 *Homerus*] Poëta magister. B. W.

Acer] Fortis, sagax. B. W.

Apelles] Pictor. B. W.

47 *Numa*] Cultor idolorum et ædificator templorum. B. W.

Cognatum] Cognatam vocat rem, ex his tribus scilicet, pictore, Poëta, et mago coadunatam. W.

Camenæ] Poëtarum. W.

48 *Idola*] I. e. magorum. W.

Docta] In pictura et in poëmate. B. W.

49 *Edatur*] Dicatur, proferatur a vobis. W. B.

Cur sacra] Verba Senatus. W.

50 *Tabulis*] Imaginibus, ex pictura. W. B.

Præstet] Antestet. W.

51 *Berecinthiacus*] A Berecintho. Opis monte. B. W.

51 *Perdit*] Adhuc. W.

52 *Inguina*] Virilia. W.

Poësis] Fictio poëtica. poësis est materia uniuscujusque carminis. W.

Castraverit] Castratum narraverit. B. W.

53 *Triviæ*] Dianæ vel Proserpinæ. W. B.

55 *Raptarit*] Raptatum dixerit. W.

Juvenem] Yppolitum. B. W.

56 *Adumbrat*] Figuret, imaginet. W. B.

57 *Si*] Pro siquidem. W.

Ineptia] Stultitia. W. B.

58 *Simulatis*] In. W.

59 *Plumis*] Cum. W.

60 *Fertur avis*] Multos et viros et mulieres legimus in fabulis versos in aves, unde commemorat. W.

62 *Exsuvias*] Spolia. W.

Armis] Cum. W.

63 *Congere*] Collige tu. B. W.

Victrix] Roma. W.

Diademata] Coronas. B. W.

64 *Repulsorum*] Abjectorum. W.

66 *Æde*] In cælo. B. W.

68 *Prosequitur*] Symmachus respondet. W. B.

Tubam] Guttur. vocem. B. W.

69 *Allegat*] Nunciat, ratiocinabatur vel instruebat. W.

Dulcius] Beatius. W.

70 *Solitis*] Legibus. W.

74 *Genium*] Naturalem loci genium. W.

75 *Addit*] Ille, Symmachus. W.

Arcanum rerum] Sensus est: Archanum rerum et latebras varii boni posse deprehendi aliqua prosperitate. W.

76 *Secundi*] Prosperi. W.

79 *Idolium*] Gentilitatem. W.

Dextro] Secundo. W.

81 *Vietam*] Antiquam. W.

83 *Libera*] Roma dicit. W. vox Romæ. B.

85 *Siti*] Sc. sumus. B. W.

Eodem] Uno. B.

87 *Diversa*] Idola. W.

88 *Distantibus*] Dissimilibus. W.

89 *Occultum*] Deum, omnipotentem. W. B.

Suus] Proprius. W.

90 *Grande*] Quod Deus est summus. W.

92 *Respondet*] Fides Symmacho. W.

Vel] Etiam. B. W.

Fides] Fideles homines. W.

93 *Penetralia*] Secreta. W.

Sectæ] Doctrinæ, fidei. W.

94 *Agimus*] Disputamus. B. W.

96 *Chao*] Mundo, initio. B. W.

99 *Natura*] Homines. W. B.

100 *Supremi*] Altissimi. W.

101 *Visum*] Mentem, acumen intellectus. W.

103 *Hebetem*] Pigram. W.

106 *Intermina*] Interminabilia, infinibilia in æternitate. W. B.

107 *Eam*] Transeam. W.

108 *Luminis*] Istius vitæ. B. W.

109 *Pendas*] Æstimes. B. W.

110 *Æternus*] Deus. B. W.

111 *Mortalis*] Mundus, homo. W.

115 *Desinere*] Finiri. W.

116 *Quid*] Aliquid. W. B.
117 *Istis*] Præsentibus bonis. W.
120 *Conicit*] Narrat. B. W.
123 *Inquit*] Deus. B. W.
129 *Obire*] Transire vel finiri. verba Dei. W.
Censeo] Judico, præcipio. W.
135 *Parcis moribus*] Frugalitatibus. W.
137 *Volucris*] Quæ cito transit. W.
138 *Non*] Non ideo distribuit. W.
139 *Duceret*] Æstimaret. W.
143 *Enervatum*] Infirmum. B. W.
Palestræ] Certaminis, luctaminis. B. W.
144 *Illicebrosus*] Illicitus. W.
Horum] Delectamentorum. W.
147 *Constantia*] Ligata a diabolo. W.
148 *Lentis*] Flexibilibus. W.
149 *Acerba*] Supplicia. W.
153 *Auris*] Favoribus. W.
154 *Ostentet*] Glorietur, jactet.
Pulcroque] Sicut hominibus videtur. W.
156 *Tendat*] Dilatet, ad se trahat. W.
157 *Addicat*] Tribuat. W.
158 *Utile justo*] Utilitatem justitiæ, vel terrenum. W.
159 *Me*] In Deum. W.
Peritura] Sc. sunt. W. B.
160 *Trahenda*] Sc. sunt. W. B.
161 *Acer*] Ingeniosus. W.
162 *Breve*] Transitorium aliquid. W. B.
164 *Mentis*] Acuminis. B. animæ. W.
165 *Nonne*] Affirmando. W.
166 *Ante oculos*] In præsentia. W.
167 *Aciem*] Visum oculorum, invisibiliter. W. B.
Servatur] Mihi. W. B.
169 *Funera*] Mortem. W.
173 *Incestabo*] Polluam. B. W.
Toros] Legitimos. W.
174 *Inficiabor*] Negabo. B. W.
175 *Depositum*] Commendatum. B. W.
Tenues] Pauperes. B. W.
Clientes] Parentes, socios, servos, vel socios minores. W. B.
176 *Longevam*] Vetulam. W.
Magico] Veneno. W.
177 *Tardat*] Quoniam. W.
Anus] Vetula mater. W.
Dominum] Heredem, i. e. filium vel vitricum. B. W.
Dilata] Diu vivendo. W.
178 *Formido*] Timeo facere. W.
Falluntur] Mea fraude. W.
179 *Armata*] Ad puniendum. W.
180 *Si*] Sc. contigerit, ut. W.
181 *Percellit*] Interficit. W.
182 *Meditor*] Narro. W.
Revocat] Ab hoc facto ; prohibet me. W.
Severa] Aspera. W.
184 *Monimenta*] Memorias. W.
185 *Luet*] Persolvet. W.
186 *Quod*] Eo quod. W.
188 *Naturam*] Animam. W. B.
189 *Noti*] Venti. W.
194 *Peremtum*] Mortuum. B. W.
197 *Siccantur*] Semina. B. W.
Vigore] Humore. W. Feuchte. B.
198 *Quo*] Vigore. W.
202 *Sollers*] Sapiens. B. W.
Agat] Vivat, ducat. B. W.
203 *Physicorum*] Naturas rerum tractantium.
209 *Mihi*] A me. W.
Rependat] Persolvat. W.
211 *Quacumque*] Aut ad bonum aut ad malum. W.
212 *Viget*] Vivit. B. W.
Substantia] Corporis et animæ. B. W.
215 *Halantis*] Spirantis. W.
216 *Numerosa*] Multa. W.
218 *Suppeditat*] Subministrat. W.
219 *Gravi*] Onerato. W.
221 *Graja*] Græca. W.
Pallade] Minerva. W. B.
222 *Lucinas*] Natales, a luce, in lucem venientes. W.
224 *Sobolem*] Filios. W.
225 *Ignem*] Amorem. W. minna. B.
226 *Umbra*] Adumbratione. W.
230 *Vetustas*] Æternitas. W.

231 *Inde*] Deinde. W.
234 *Creatis*] Rebus. W.
238 *Tu*] O Symmache. W.
236 *Præterito*] Neglecto, prætermisso, derelicto. B. W.
Numina mille] Dicebant namque heretici, Symmachus et alii, unum tantum esse summum Deum ; sed illi subjectos alios esse, qui imperant terræ, mari, et cæteris elementis. W.
237 *Parere*] Splendere. pareo, ex quo appareo. W. B.
238 *Cui*] Mihi. W.
244 *Age*] Adverbium. B. o homo. W.
246 *Parus*] Insula, ubi invenitur Parius lapis candidissimus. B. W.
Punica] Africana. B. W.
247 *Lacedemon*] Mons. B. W.
Synna] Civitas, ubi nascitur marmor varii coloris. W. B.
248 *Ostrum*] Purpuram. W.
249 *Aurea*] Colorem auri habentia. W.
251 *Consurgit*] In illo. B. W.
Pietate] Sanctitate. W.
252 *Sola*] Pavimenta. W.
253 *Pudor*] Castitas. W.
256 *Gloria*] Divinitas, filius Mariæ virginis. B. W.
257 *Alumnam*] Nutricem. W.
258 *Parens*] Pater, creator. B. W.
261 *Viribus*] Sensibus. W.
267 *Informavit*] Docuit. W.
270 *Tu*] Apostropha ad Symmachum. W.
271 *Censor*] Judex. B. W.
275 *Pietas*] Deitas. B. W.
Prodita] Manifestata. W. B.
277 *Rudibus*] Novis. B. W.
279 *Vestigia*] Per singula. W.
280 *Damnare*] Derelinquere. W.
Gradatim] Per ordinem, paulatim. B. W.
281 *Posterius*] Postea. W.
Repperit] Usque huc. W.
282 *Subigebant*] Fodiebant, arabant. W.
284 *Ilignis*] Quernis. W. ab ilice. B.
286 *Strictura*] Massa ferri calidi. W.
287 *Restillet*] Reliquetur. W.
288 *Induvias*] Indumenta. B. W.
Cæsæ pect.] Pelles. W.
291 *Immanes*] Feroces. W. B.
Feritate] Populi. W.
Subacta] Superata. W.
292 *Triste*] Adverb. W.
Ferinos] Quia singuli sicut feræ tunc habitabant. W.
293 *Prisca*] Opera. W
294 *Scythica*] Scythia regio est, in qua filii patres de collibus vel de pontibus altis in mare præcipitabant, prævenientes mortem illorum; puta, pietatem esse : vel etiam comedebant, præstando eis tam pia sepulchra. W.
294 *Vietum*] Senem unumquemque, viribus privatum. B. W.
295 *Votivo*] Quia voluntas patris erat. W.
298 *Texat*] Tegat. W.
300 *Fulchra*] Sedilia. W.
Lybistidis] Africanæ. B. W.
301 *Villoso*] Intonso. W.
302 *Talia*] Sc. indumenta. W.
Trinacrius] Siciliensis vel Sicilius Acestes. B. W.
Tuscus] Evander. B. W.
303 *Constat*] Non stabilis est. W.
Ævum] Ætatem. B. W.
304 *Sacris*] Cum sac. B. W.
305 *Quirino*] Romulo, a Quirino monte. B. W.
306 *Nonnulla*] Multa. W.
Refugit] Vitavit. B. W.
309 *Ritus*] Mores. W.
Senator] Symmache. W.
310 *Scita*] Constituta vel constitutiones. B. W.
314 *Retectum*] Manifestum. W.
318 *Repit*] Quia rectius non potest ambulare. W.
320 *Nervosa*] Fortis. B. W.
321 *Maturi*] Perfecti. W.
323 *Purgata*] Purgatam habens mentem. W.
324 *His*] Talibus. B. W.
325 *Curriculis*] Volutionibus. W.

Hebes] Imprudens. W.

326 *Primitias*] Initia, in infantia.

Ceu quadrupes] Quando et manibus et pedibus repit, non rectus incedere valens. W.

Egit] Ducit, vivit. W.

327 *Jamque*] Deinde. W.

328 *Politum*] Nutritum. W.

329 *Calidos*] In juventute. W.

Adolevit] Crevit. B. W.

330 *Decoctò*] Perfecto. W.

Robore] Fortitudine. W.

332 *Vivacius*] Perspicacius. W.

Sollers] Sagax. W.

334 *Si tantus*] Si tantum studium est. W.

339 *Vacuo*] Lato. W.

340 *Porrecta*] Extenta. B. W.

341 *Stirpis*] Naturalis. W.

343 *Hectorei*] Romani. B. W.

344 *Sacellis*] Templis. W.

346 *Virtute*] Romanorum. W.

351 *Signum*] Simulacrum. W.

Bimaris] Propter duo maria, quibus cingitur. W.

De strage] Sicut Numenius fecit. W.

352 *Athenis*] Græcis. W.

353 *Canini*] Anubis, Mercurii. Mercurius capite canino depingitur propter prudentiam sermonis ; et cane nil est sagacius. W.

354 *Hammonis*] Jovis. B. W.

355 *Syrtica*] Harenosa. B. W.

Cornutas] Propter Jovem, qui cornutus erat. W.

361 *Ut*] Quomodo. B. W.

363 *Majoribus*] Patribus. W.

Incompertos] Ignotos. W.

367 *Solitis*] Moribus, rebus. W.

370 *Sortitam*] Accipientem. W.

375 *Competat*] Congruat. W.

376 *Spiritus*] Utrum sit, an sit. B. W.

377 *Munera*] Officia. B. W.

379 *His*] Animabus. B. W.

381 *Vegetet*] Confirmet, sustentet, roboret. W.

382 *Succendat*] Calore. calefaciat. W.

Riget] Mobilitate infundat. W.

Relaxet] Molliat. W.

384 *Componere*] Regere, comparare. W. B.

387 *Tutacula*] Defensacula. W.

Nudis] Membris. B. W. Nudam rem dicimus, quæ omni parte consilio indiget. W.

389 *Agitetur*] Commoveatur. W.

390 *Consultet*] Provideat. W.

395 *Gemellos*] Nota fabula de vulturibus, quos illi duo fratres (Rem. et Romul.) in initio, cum regnare cæpissent, de monte Aventino volare viderunt. Et fingit Poëta, simul cum ipsis venire genium. Deridendo dicit, puto, tunc primum genium se parvæ Romæ infundere, cum Remum et Romulum lupa nutrivit in valle nemorosa ; tunc etiam simul genium nutrivit cum illis. W.

398 *Penetralia*] Interiora habitacula. W.

399 *Forensia*] Civilia, publica. B. W.

400 *Acres*] Fortes. W.

401 *Urget*] Compellit Romanos. W.

402 *Digna*] Esse. B. W.

403 *Fingamus*] Componamus. W.

405 *Hauserit*] Sumserit, acceperit. W.

Animetur] Firmetur vel vivificetur. W.

Medullis] In interiorib. W.

407 *Consultat*] Providet, interrogat. W.

409 *Fingit*] Componit. W.

410 *Licet*] Licitum est. W.

412 *Erravit*] Pene. W.

413 *Lubrica*] Instabilis. W.

414 *Æqua*] Justa. W.

416 *Grandævis*] Senatoribus, Consulibus. W.

417 *Proceres*] Juniores et nepotes. W.

418 *Clavum*] Regimen, dignitatem. B. W.

419 *Collatas*] Conjunctas. W.

421 *Consule*] Sub Cons. B. W.

422 *Creantur*] Constituuntur. B. W.

423 *Procerum*] Dictatorum. B. W.
424 *Fasces*] Honores. W.
Sua] Propria. W.
Securis] Potestas, vindicta. W. Gewalt. B.
426 *Fastos*] Libros. W. Jahrbuch. B.
428 *Fluctibus*] Erroribus, instabilitatibus. B. W.
430 *Augustum*] Nobile. B. W.
Diademate] Corona. W.
433 *Dictator*] Imperator. W.
Censor] Judex. W.
434 *Tutor*] Qui Rempub. tuebatur. W.
Largitor hon.] Retributor dignitatum. W.
436 *Ægre*] Difficulter, vix. W.
437 *Probet*] Laudet. W.
440 *Gratemur*] Pro, gratulemur. W.
445 *Thermis*] Balneis. W.
Tabulis] Tabernis, loca tabularia. W.
446 *Membra*] Mœnia. W.
452 *Acceperit*] Quando natus fuit. W.
453 *Lachesis*] Lachesis, Cloto, Atropos, nomina sunt Fatorum. B. Una colum tenet, alia trahit, tertia rumpit. W.
455 *Tigillis*] Sparren. B. W.
457 *Eruta*] Diruta. W.
460 *Constituunt*] Docent. W.
461 *Rubrica*] Nomen legis. B. lex. linea cementariorum, quibus aspiciunt, an sit recta ipsa maceries, an non. sed pro lege ponitur aut judicio. W.
462 *Ferrea*] Dura. B. W.
463 *Inevitabile*] Scil. supplicium. W.
464 *Adigunt*] Cogunt, compellunt. W.
Insinuantia] Ostendentia. W.
467 *Plectentia*] Punientia. B. W.
472 *Alterutrum*] Bonum vel malum. B. W.
Suum] Proprium. W. B.
476 *Sciat*] Quin tantummodo in Dominum credat, et nulla fata nocent. W.
477 *Vetitum*] Sc. esse. W.
478 *Mathesis*] Siderum cursu. W.
Præscripto] Constituto, impedimento. W.
Repelli] Sc. posse. W. B.
479 *Effert*] Exerit, elevat. W.
481 *Momenta*] Recordationes. W.
Premit] Spernit cogitationib. W. B.
482 *Sortem*] Fatum. W.
484 *Lux*] Christus. B.
485 *Secta*] Doctrina. W.
488 *Donata*] Ornata. W. B.
489 *Age*] Vox orantis. W.
Bellatrix] Roma. B. W.
Ede] Dic. sicut alibi: Ede Martialem, i. e. dic vel canta. W. B.
491 *Cretæ*] Insulæ. W.
Pallas] Minerva. W.
Argis] Græcis. B. W.
492 *Cynthius*] Apollo, a Cyntho monte ubi nutritus est. B. W.
Delfis] Delfos locus, ubi ara Apollinis fuit. B. W.
493 *Isis*] Dea Ægypti. W. B.
Nilicolas] Ægyptios. W.
Rhodios] Populos. B. W.
Cytherea] Venus. B. W.
494 *Venatrix*] Diana. B. W.
Ephesum] Civitatem. B. W.
Dedidit] Sponte dedit. W.
Hebrum] Fluv. Traciæ. B. W.
495 *Destituit*] Dereliquit. W.
Thebas] Populos. B. W.
Bromius] Bachus. B. W.
496 *Frigiis*] Trojanis, Romanis. W. B.
497 *Dominam*] Africam; civitatem Cartaginen. W. B.
498 *Fovetque*] Animo. W. B.
499 *Romuleis*] Sub Rom. W. B.
Addictam] Gentem. B.
Frenis] Legibus. W. B.
501 *Prodentibus*] Concedentibus, tradentibus. B. W.
502 *Alumnos*] Nutritios, ministeriales, famulos. W. B.
504 *Transfugio*] Fuga. W.

506 *Infestas*] Inquietas. B.

507 *Obnixa*] Contra posita, resistens. W. reluctans. B.

Globis] Exercitibus. B. W.

Illam] Religionem. B. W.

508 *Virtus*] Romana. W. B.

509 *Est*] Ut prædixi. W. B.

Indiga] Indigens. W.

Veri] tatis. W. B.

510 *Superstitio*] Religio, inanis cultus. B. W.

511 *Genti*] Romanorum. W.

512 *Procinctus*] Ad præparationes bellicas, ad expeditionem bellicam. W.

514 *Nunc*] Aliquando, vel tunc fuit hoc. W.

Dicteis] Creticis. B. W.

Corybant.] Illis populis. B.

515 *Samnitis*] Dux de Samnia provincia. B. Samnitis et Marsus, populi fuerunt Beneventani. W.

516 *Marrucoforis*] Populis Asiæ. B. W.

Gymnadis] Exercitii. B.

517 *Pugilibus*] Gladiis. W. brevibus armis. B.

Etruscus] Latinus. W. Italicus. B.

518 *Petaso*] Petasum calciamentum Mercurii, quo volare solebat: et petasum volatile dicimus. W. Petasum a petendo sursum dictum est, videlicet talaria et calcaria Mercurii. B. W.

519 *Palestras*] Luctationes, vel ludos suos. B. W.

520 *Appenniniculam*] Appennini montes sunt. B.

Peditem] Exercitum. W.

Cybileius] Asiaticus. B. W.

521 *Congressu*] Cum pugna, bello. B. W.

522 *Qui*] Quomodo. W. B.

Cogente] Congregante. W.

Gallo] Duce. B.

523 *Idalias*] Ab Ida. W.

Citharedi] Apollinis. B. W.

524 *Calamos*] Sagittas. W. Strāle. B.

Puellæ] Dianæ. B. W.

525 *Calcataque*] Superata. B. W.

527 *Actiacis*] Acteis. B. W.

Simphonia] Tuba. B. W.

528 *Bucina*] Romanorum. B. W.

529 *Faseli*] Naviculæ. B. W.

530 *Memphitica*] Ægyptiaca. B. W.

Liburnas] Hæ sunt maximæ naves. B.

531 *Potuit*] Defendere. B.

Serapis] Dii Ægyptiorum. B. W.

532 *Ductore*] Octaviano. B. W.

535 *Patria*] A pat. B. W.

Extorris] Exul. B.

Affuit] Ad auxilium fuit. B. W.

539 *Dicis*] O Symmache. W. B.

540 *Celebri*] Venerabili. W.

542 *Numæ*] Imp. fuit Romanorum, qui primus culturam Deorum invenit, ut populum revocaret ab amore belli. W.

543 *Diomedis*] Fabula nota est in Virgilio. Cum Diomedes et Ulyxes rapuerunt Palladium, ascendentes murum per funiculos, et detulerunt id in castris suis, ubi gutta sanguinis sudabat; quod erat signum tristitiæ. W.

545 *Legit*] Eleg. W.

Sigillo] Simulacro. B. W.

546 *Ductor*] Alexander. B. W.

Macedum] Pro Macedonum. W. B.

548 *Optarunt*] Obtulerunt, elegerunt. W.

550 *Non fero*] Non sustineo, patior. W.

Sudata] Elaborata. B. W.

551 *Titulos*] Honores. W.

Carpi] Vituperari. W. B.

552 *Detrahit*] O Symmache. W. B.

Legionibus] Romanorum. W.

553 *Diminuit*] Sc. qui talia dicit. W.

555 *In arcu*] In fornice, in cujus summitate quadrijugos currus sculpebant. W.

557 *Fabricios*] Duces Romanorum nobilissimos commemorat hic. W.

561 *Brennum*] Ducem Gallor. B. W.

Antiochum] Regem Syriæ. B. W.

Persen] Regem Macedonum. B. W.
Pyrrhum] Regem Epiri. B. W.
Metridaten] Regem Ponti. B. W.
562 *Flora*] Dea.
563 *His*] O Symmache. B.
Successus] Prosperitates. W.
564 *Lætificos*] Jocundos. W.
Ales] Aquila. quia in auspicio felix erat. B. W.
565 *Si*] Pro, non. B.
Corvinum] Dux Romanorum fuit; qui cum hostibus premeretur, Apollo misit ei corvum in adjutorium, quo liberatus est. W.
566 *Apollineus*] Qui Apollini consecratus est. B. W.
Penna] Volatu. B. W.
Gutture] Voce. B. W.
Juvit] In bello. W.
568 *Cannas*] Ignobilis vicus Apuliæ, sed magnitudine cladis famosus emersit. B. W. ubi famosissimum bellum illud fuit; quando Hannibal nobilitatem Romanorum interfecit. W.
569 *Oppeteret*] Moreretur. W. B.
Cadavera] Corpora. W.
Consul] Paulus. B. W.
570 *Cremeræ*] Civitas Italiæ. B.
Oscine] Augurio, ab ore et cano. W. avis augurium quærebat, quando cum Hannibale pugnavit. B.
Parra] Avis malo omine. W.
571 *Sinistro*] Adverso. B.
572 *Fabios*] Qui omnes interfecti sunt, uno tantummodo superstite, qui postea Magnus Fabius dictus est. W.
Superstite] Remanente. B.
573 *Tritonia*] Quia Minervæ est consecrata. B. W.
Noctua] Ideo Palladi est consecrata quia nocte videt; et Pallas, quæ sapientia dicitur, nullis tenebris obfuscatur. W.
Charris] Populis. B. W.
574 *Crasso*] Duci. W. Consuli. B.
575 *Paphiam*] Venerem. W.
Columbæ] Sub tutela Veneris erant. B. W.
576 *Tremeret*] Timeret. W.
Limbum] Ora vestimenti. W.
578 *Domitum*] Subjugatum. W.
581 *Fercula*] Mensas, sustentacula. W. B.
582 *Romane*] O Symmache. B. W.
583 *Fotibus*] Nutrimentis. B. fortibus principibus. nutrimentis vel auxiliis. W.
584 *Habenis*] Legibus. B. W.
589 *Quo*] Ut. W.
590 *Copula*] Amicitia. W.
594 *Prosperat*] Placat. W.
595 *Alit*] Nutrit. B. W.
599 *Bellona*] Dea belli. W.
602 *Hisdem*] Unis. sc. Romanor. B. W.
603 *Ister*] Danubius. B. W.
604 *Tagus*] Fluv. Traciæ, in quo aurum sumitur. B. W.
Aurifluus] Aureas harenas habens. W.
Hiberus] Fl. Hispaniæ. B. W.
605 *Corniger*] Eridanus vel Padus. W.
609 *Haut secus*] Non aliter. W.
Ac] Quam. W.
610 *Congenitos*] Simul genitos. W.
611 *Lare*] Igne vel domo. W.
Conciliemur] Congregemur. W.
Avito] Patrio, antiquo. W.
613 *Vadimonia*] Mercimonia. W.
615 *Genialia*] Voluptuosa vel nuptialia. W.
Fulchra] Lectos. W.
621 *Moderamine Romæ*] Roma hoc moderante. W.
624 *Ut fuit*] Præterito tempore. nam ante feroces homines erant. W.
625 *Incompositos*] Turbatos. W.
628 *Mentis apex*] Nus Græc. W.
632 *Haurit*] Sumit. W.
633 *En*] Invocat Christum. W.
634 *Congrege*] Conjuncto. B. W.
635 *Capita*] Principatum. W.
636 *Probatur*] Placet. W.
642 *Supplicat*] Adulat. W.
645 *Inducere*] Sc. sibi. B.
646 *Ut tragicus*] Quando. n. aliquid blasphemiæ dicebant, largius ora tegebant, ne agnoscerentur. W.
Ligno] Quod vulgo schema di-

citur. B.

649 *Promam*] Proferam. B. W.

650 *Repulsam*] Repulsionem. W.

651 *Ægida*] Capra nutrix Jovis, cujus pellem postea pro scuto habuit brevi. B. W.

654 *Generosa*] Nobilis. W.

655 *Principis*] Constantini. B. W.

Renascens] Per baptismum. W.

Flavescere] Juvenescere, albescere. W.

659 *Finem*] Mortem. W.

662 *Fronde oleæ*] Sub pace. B. W.

663 *Fera*] Bellica. W.

Cingula] Arma. W.

Serto] Corona. W.

664 *Armata*] Signo Crucis. W.

666 *Tincta*] Maculata. B. W.

667 *Scelerarem*] Polluerem. B. W.

Funere] Morte. W.

668 *Illius*] Jovis. W.

Instinctu] Suasione. W.

669 *Apostolicum*] Petri et Pauli. B. W.

670 *Inussit*] In me convertit. Inurere, est culpam propriam in alium transferre. W.

671 *Hunc*] Neronem. W. B.

Jugulis] Interfectionibus martyrum. W.

674 *Ludere*] I. e. bant. W.

Pœnis] Christianorum. W.

675 *Difundere*] bant. W.

676 *Jure*] Lege publica.

Nonnoxia] Innoxia. W. B.

Secare] bant. W.

677 *Piarunt*] Purgabant. W.

680 *Tradidit*] Docuit. W.

681 *Inolescere*] Crescere dies festos. W.

685 *Libin*] Africanum. W. B.

688 *Saxo*] In Capitolio. W.

690 *Inculcant*] Imputant. B. W.

695 *Geticus*] Radagisus vel Alaricus. B. W.

696 *Istro*] Danubio. W.

698 *Mastrugis*] Mastruga q. monstruosa vestis, de pellibus facta. B. W. vocamus etiam mastrugas renones, quæ rustice Crotina vocatur. W.

699 *Venetos*] Venetiæ. B. W.

700 *Ligurum*] Liguria, regio maritima et amœna. B. W.

701 *Victo amne*] Transito Tyberi. W. B.

704 *Cruda*] Fortis. B. W.

Congredientum] Pugnantium. B. W.

708 *Dux*] Constantinus. W.

709 *Christipotens*] Theodosius, Archadii filius, consul et socer Honorii. B. W.

Juvenis] Qui juvenis erat adhuc. W.

710 *Utrique*] Constantino et Stilichoni. W.

712 *Draconis*] Crucis. Vox illa Romana, caput draconis habens. W.

713 *Effert*] Elevat. W.

715 *Pependit*] Persolvit. W.

717 *Mirabere*] Apostropha. W.

718 *Inhumata*] Dispersa. W.

720 *Manibus*] De manibus. W.

Excisa] Peremta. W.

721 *Redeunte*] Romam. W.

722 *Fumans*] Adhuc. W.

723 *Redimire*] Ornare. W.

724 *Lauro*] Victoria. W.

725 *Princeps*] Theodosi, vel Stilicho, vel Constantine. W.

726 *Insertabo*] Ornabo. W.

728 *Immunis*] Secura. W.

731 *Date*] Permittite. W.

Demam] Ut tollam ego Roma. W.

732 *Manicas*] Ligamina manuum. W.

734 *Laris*] Domus. W.

738 *Pœnorum*] Africanorum. W.

Duce] Hannibale. W.

739 *Repagula*] Vectes, pessulos. W.

740 *Bajanis*] Campanis. W.

Luxu] ria. W.

742 *At*] Longe postea. W.

Stilicho] Socius Constantini. W.

Comminus] Statim. W.

745 *Hostem*] Hannib. W.

746 *Acrem*] Fortem. W.

747 *Fabium*] Unus ex ccc. W.

750 *Statuis*] Imaginibus. W.

754 *Situ*] Neglegentia vel vetustate. W.

757 *Regnator*] Constantine. W.
758 *Quo*] Illo. W.
759 *Te*] Symmache. W.
769 *Admittenda*] Non recipienda. W.
770 *Ab aruspice*] Ab Apolline, a magis. W.
771 *Patria*] Roma. W.
772 *Viandi*] Ad veritatem. W.
775 *Competa*] Competum dicitur, ubi multæ viæ competuntur. i. e. junguntur. W.
Eodem] Uno. W.
779 *Litant*] Sacrificant. W.
780 *Cunctis*] Esse. W.
783 *Axe*] Cœlo. W.
784 *Incestus*] Pollutus. W.
785 *Ore*] De. W.
Mirmillonis] Scurræ. Mirmillo gladiator fuit; et ponitur pro omni homicida. W.
787 *Verna*] Vernalis. W.
790 *Piratis*] Marinis latronibus. W.
793 *Utriusque*] Boni et mali. W.
797 *Servat*] In die judicii. W.
802 *Promtaque*] Quia servit omnibus. W.
804 *Capitalis*] Quo reus capite plecti debet. W.
808 *Garamans*] Pop. Siciliæ. W.
Alamannus] Schwab. W.
Galaula] Pop. in Oriente. W.
811 *Nostros*] Quos nos potamus. W.
812 *Onagris*] Onos, asinus: inde onager, agrestis. W.
813 *Suis*] Nominativ.
Nostro] Quo nos natamus. W.
814 *Fera*] Fortia. W.
818 *Rom. et barb.*] Christiana et gentilia. W.
816 *Bipedi*] Homini. W.
819 *Tuenda*] Quæ est servanda. W.
822 *Refert*] Distat vel interest. nulla distantia est. W.
823 *Terræ*] De terra. W.
825 *Discrimine*] Discretione. W.
826 *In medium*] In commune. W.
827 *Sordesceret*] Peccaret. W.
838 *Magis*] Dicam. W.
Erunt] Vana res. W.
842 *Nequit*] Non valet. W.
843 *Sparsis*] Divisis. W.
845 *Indage*] Investigatione. utrumque facit; indago, indaginis; et indago, indagis, indagatione. W.
846 *Longe*] Valde. pro, verius est, quam tu dicis. W.
847 *Anfractus*] Circuitus. W.
850 *Inficio*] Nego. infiteus, negator rationis meæ. W.
851 *Geminis*] In bonum et malum. W.
852 *Dubitant*] Ipsi mali. W.
857 *Thyrsigeri*] Thyrsum gerentis. W.
Rapit] Via. W.
Dionysia] Ad servitia, sacrifieia vel festa. nam dionysius est bachus. W.
858 *Illicit*] Seducit.
Saturnalia] Saturni. W.
859 *Diespiter*] Jupiter ideo vocabatur, quia Deorum pater apud eos credebatur. pater diei. W.
861 *Lupercales*] Festa Panis, quæ ita celebrabantur, ut nudi per plateas cucurrissent homines. W.
862 *Megalesius*] Sacerdos Opis. a Megala eivitate, in qua colebatur Berecinthia. W.
863 *Cæca*] Occulta. W.
868 *Isis*] Quæ et Inachi filia. W.
Serapis] Deus Ægyptiorum, maritus. W.
Grandi cauda] Quia genus simiorum est, qui magnas habent caudas, et ipsi Cercopitheci dicuntur, et alind genus spina dicitur; quod est villosum: et tertium genus est sine cauda. W.
869 *Crocodillus*] Monstrum Ægypti. W.
Laverna] A lavando. W.
Priapus] Deus hortorum. W.
872 *Hinc*] Post hæc. W.
Frutectis] Erroribus. W.
873 *Carpunt*] Incedunt. W.
874 *Cæli*] Veritatis. W.
875 *Sævo*] Sub diabolo. W.
878 *Discrim.*] Discretione. W.

881 *Unam*] Viam. W.
883 *Clivo*] Veritate. W.
884 *Prima*] Quæ ducit ad vitam. W.
Facies] Qualitas. W.
Tristis] In præsenti. W.
887 *Pensare*] Recompensare. W.
888 *Multiplicis*] Scil. viæ. de via sinistra dicit. W.
890 *Barbatos*] Fortes. W.
891 *Illicit*] Sc. illos decipit. W.
Ambage] Circuitu. W.
896 *Talem*] I. e. diabolum vel Symmachum. W.
899 *Caribdim*] Voraginem. W.
903 *Perplexa*] Difficilia. W.
909 *Ultima*] In noviss. W.
Palladiis] Sacrificiis Minervæ. W.
913 *Ait*] Legatus. W.
Parcius] Minus. W.
917 *Triptolemi*] Inventor frugum. W.
Cereris] Dea frumenti. W.
918 *Penu*] Stipem. W.
920 *Farios*] Ægyptios. W.
921 *Stagnare*] Irrigare. W.
Canopi] Oppidum Ægypti. W.
922 *Affert*] Nunciat. W.
Memphim] Ægyptum. civit. Ægypti. W.
Pelusiacæ] Pelusium promunctorium Ægypti. W.
Fons] Nilus. W.
927 *Nostras*] Proprias. W.
935 *Æquor*] Campos. W.
936 *Lybici*] Africani. W.
938 *Acervos*] Cumulos. W.
939 *Leontini*] Siculi. W.
Sulcator] Arator. W.
940 *Lilybeo*]Siciliæ promunctorium, ubi abundat plurima annona. W.
941 *Frangat*] Dissipet pro multitudine frugum. W.
942 *Sardorum*] Pop. W.
Ergo] Ironice. W.
944 *Pœnus*] Africanus. W.
945 *Remi*] Romano. W.
946 *Suppeditat*] Sumministrat. W.
947 *Circi*] Theatri. W.
948 *Regio*] Pars. W.
Gradibus] Scenæ. W.
949 *Sustinet*] Patitur. W.
Janiculi] Janiculus, mons est, ubi templum Jani erat, et multæ molæ constructæ. W.
Mota] Prius. W.
953 *Manus*] Multitudines.
956 *Tabidus*] Corruptus. W.
957 *Sidere*] Sole. W.
959 *Adulta*] Nata. W.
962 *Jejunos*] Steriles. W.
966 *Lare Pergameo*] Domo Pergamea. Trojano. W.
967 *Genitor*] Laomedon, pater Priami, conduxit Neptunum, et ei primum promisit, ut ei Trojam ædificaret : sed non dato precio, illius instinctu iterum Græcis destruxit. W.
Mœnia] Trojæ. W.
Fabris] Apolline et Neptuno. W.
971 *Frix*] Trojanus. W.
Graius] Græcus. W.
972 *Labant*] Vacillant. W.
Erroribus] De peccatis. W.
973 *Legitimo*] A recto. W.
Discussa] Acta, compulsa. W.
975 *Maligni*] Corrupti. W.
976 *Culpam*] Corruptionem. W.
Vere tepenti] Si post ver tepens, et post Zephiros, glacies Aquilonis venit, tunc sterilitas venit. W.
978 *Ambustum*] Exustum. W.
Caput] Spicam. pro initio ponitur. W.
Fuligine] Nigredine. W.
981 *Fibram*] Radicem. W.
982 *Residente*] Remanente. W.
984 *Ancipites*] Acuti. W.
Subeunt] Crescunt. W.
985 *Educat*] Nutrit. W.
986 *Temperies*] Sc. aëris. W.
990 *Excessu*] Prævaricatione. W.
993 *Edita*] Prolata. W.
Futura] Sunt. W.
996 *Proventibus*] Utilitatibus, fructibus. W.
997 *Texuit*] Ordinavit. W.
Fluentes] Abundantes, venientes. W.
998 *Astris iniquis*] Auris nequis. W.

Damnavit] Claudit. W.

999 *Cassa*] Inutili. W.

Frustratus] Decipiens, sc. polus. W.

1001 *Infido*] Quia nunquam in uno statu permanet. W.

1004 *Reditu*] Fructu; quia labor post laborem venit. W.

1007 *Rigare*] Placare. W.

1008 *Terminus*] Lemes, marchstein. W.

Extis] In sacrificando. W.

1010 *Bipenni*] Dolatura. W.

1012 *Tempestatis*] Auræ. W.

Serenæ] Puræ. W.

1014 *Magno*] Alimento. re. W.

Frugi] Abstinenter vel parce. W.

1020 *Utriusque*] Terrenis et cælestibus. W.

1022 *Assumptis*] Electis. W.

Colonis] Apostolis. W.

1023 *Cavete*] Vitate. W.

1026 *Luxuriat*] Abundat. W.

1027 *Sideris*] Solis. W.

1029 *Surgentem*] Crescentem. W.

1031 *Aggere*] Itinere. W.

1032 *Hæc*] Præcepta dedit. W.

1036 *Cordis seg.*] Verbum prædicationis. W.

Disponit] Statuit. W.

1039 *Exstirpamus*] Evellimus. W.

1043 *Glarea*] Terra petrosa vel harenosa. W.

1045 *Effetis*] Infecundis, vacuatis. W.

Charismata] Dona Dei. W.

1046 *Detrita*] Conculcata a demonibus. W.

1047 *Intus*] Q. semine. W.

1048 *Deserat*] In via, sed in bona terra. W.

1050 *Sollertia*] Studium, si ita studiose hæc facta fuerint. W.

1051 *Redigit*] Restituit. W.

Acriter] Fortius vel fortiter. W.

1052 *Metuit*] Nostra fides. W.

1053 *Gurculio*] Hamster, Vermis, pro diabolo. W.

1055 *Pudor*] Castitas. W.

1057 *Tenues*] Viles vel parvæ. W.

1059 *Hinc*] Post hæc. W.

Decies] De viduis dicit modo. Decies seni sexaginta faciunt, et sex sexagenarius numerus viduis pertinet. W.

1060 *Horrea*] Sc. dico. W.

1064 *Pudoris*] Castitatis. W.

1068 *Vincula*] Connubia. B. W.

1070 *Contemta*] Despecta. W.

Perit] Sponte. W.

1072 *Cæcum*] Occultum. W.

1074 *Ignem*] Amorem. W. minna. B.

1075 *Resides*] Pigras, erloschen. W.

Faces] Amoris. W.

Adolere] Incendere. W.

1076 *Obtendere*] Operire. W.

Flammea] Libidinosa. W.

1077 *Præscripto*] In L. anno. B. in LXXX. anno. W.

Requirens] Vesta. W.

1083 *Emeritas*] Veteranas, senio plenas. Emeriti dicuntur milites, quia cessant mereri. i. e. militare. W. B.

1086 *Adolet*] Incendit. B. W.

1088 *Pilento*] Pilentum et esseda et petorritum, genus vehiculi sunt; et una eademque. W.

1089 *Attonitæ*] Stupenti. B. W.

Exspectabilis] Desiderabilis. W.

1090 *Caveæ*] Theatri. W. B.

1091 *Sanguinis*] Generationis. W.

1092 *Congressus*] Certamina. W.

Vendita] Emta, quia ad hoc visebantur, ut in theatro ludis interficerentur. W.

1094 *Faleris*] Muliebribus ornamentis. Falera proprie ornamenta equorum. Et faleratum sermonem vocamus valde ornatum. B. W.

Lanistis] Gladiatoribus. W.

1095 *O*] Ironice. W.

1097 *Ait*] Dicit. B. W.

1099 *Vitalibus*] Præcordiis. W.

1100 *Secutor*] Gladiator. B. W.

02 *Latii*] Italici. W.

1104 *Bene*] Male vel bene, dicit; quia aliquando ornate cingebant, aliquando turpiter. W.

1105 *Teniolis*] Summitas vittæ. sed hic pro tota tunica. W.

1106 *Lustrales*] Quæ lustrant. i. e. purgant. W.

1108 *Podii*] Circi vel theatri. B. W.

1109 *Faciem*] Gladiatoris. W.

1110 *Impacto*] Immisso. W.

1113 *Quod*] Hoc. W.

1114 *Dux*] O Theodosi. B. ad Constantinum loquitur, filium Constantini. Theodosius. W.

1116 *Vacat*] Residuus est. B.

Paterni] Archadii. B. W.

1121 *Dux*] O Theodosi. B.

1123 *Tingui*] Maculari. W. immolari. B.

1124 *Litari*] Sacrificari. B. W.

1125 *Voluptas*] Delectatio aliorum. W.

1126 *Cædibus*] Miserorum. W.

1127 *Harena*] Theatrum.

DIPTYCHON.

16 *Ferri*] Dari. B.

26 *Crateram*] Scyfum. B.

54 *Vitreo*] Lucido. B.

56 *Pinxit*] Figuravit. B.

64 *Ignibus*] Gentibus. B.

70 *Pone*] Juxta. B.

72 *In agros*] Ecclesiæ. B.

84 *Gaza*] Bona operatio. B.

Barbara] Inculti mores. B.

95 *Gradibus*] Lineis; sc. cum vespere. B.

159 *Hic*] Talis. W.

180 *Damnatos*] Ablatos. W.

FINIS NOTARUM VARIORUM.

RECENSUS CODICUM MSS.

AURELII PRUDENTII

QUI IN BIBLIOTHECIS BRITANNICIS ASSERVANTUR.

In Museo Britannico.

In *Biblioth. Harl.* 2599. Cod. membran. sæc. XV. continens, cum aliis quibusdam, duo poëmata Prudentii. Sine annot. et gloss.

N. 3023. Cod. membran. in 8vo. sæc. XII. continens Aurelii Prudentii Hymnorum Librum diurnis Actionibus aptum.

N. 3093. Cod. membran. continens, inter alia, quædam Prudentii. Sine not. et glossis.

N. 3093. Cod. membran. valde antiquus, fortasse sæc. XI. in fol. min. continens, cum Juvenci Presbyteri Evangelica Historia, 4. Libb. in versu heroico, et Aur. Prudentii Psychomachiam, cum aliis Christianis Poëticis. Sine gloss. et annotationibus.

N. 3872. Cod. partim chartac. partim membran. continens, cum aliis variis, tam prosaicis, quam poëticis, 4. Aur. Prudentii Hymnorum Librum, sæc. XIV. Scriptum est anno Dom. 1303. Sine annot. et glossis.

N. 4992. Aurelii Prudentii Opera. Hic Cod. est membran. bene scriptus, sed hiatibus et transpositionibus plurimis vitiatus. Antiquitatem sapit; ætatem nempe XIII. Sine annotationibus et glossis. Ad finem legitur: 'P. Mirallii Galæsii.'

Inter Codices *Cottonianos*, Titus D. XVI. Cod. membran. complectens, inter alia, 1. librum Philosophiæ Prudentii

(sic script.). Continet versus quosdam in partes Veteris Testamenti, et in quasdam virtutes et vitia. Sæc. XIV.

Cleopatra, C. VIII. Cod. membran. continens, inter alia, carmina quædam Prudentii, literis Saxonicis scripta. Notas et Figuras habet quamplurimas.

Inter Codices *Burneianos,* N. 247. Cod. chartac. continens Poëmata Sedulii et Prudentii, sæc. XV. cum collationibus quibusdam ad paginas Editionis Faustini Arevali, quæ edita est Romæ, 1788-9. Sine not. et gloss. sed nitide scriptus. Præfigitur, diversa manu et diversa charta, hujus codicis ampla descriptio, Gallice scripta a L'Abbé St. Leger.

Codices Oxonienses.

In *Biblioth. Bodl.* F. 1. 17. Cod. memb. in fol. sæc. XII. in quo, nempe foliis 283. 295. sunt quædam Prudentii.

F. 3. 6. Cod. membran. Prudentii. Præfigitur: 'Hunc librum dat Leofricus Episcopus Ecclesiæ Sancti Petri Apostoli in Exonia ad sedem suam Episcopalem pro remedio animæ suæ ad utilitatem successorum suorum. Si quis autem illum inde abstulerit, perpetuæ maledictioni subjaceat. fiat.' Sæc. XI. 'Hunc quippe Leofricum,' ait Heinsius, in præf. ad edit. suam Amstel. 1667. 'Exoniensi sedi præfuisse sub annum millesimum sexagesimum aut septuagesimum redemtionis nostræ ex Annalibus Britannicis patet.' Hunc codicem excussit idem Heinsius.

G. 1. 5. Tractatus super Ædificium Prudentii: memb. sæc. XIII.

Gg. 5. 35. Aurelii Prudentii Psychomachia. Cod. memb.

Canonici. Inter hos Codd. unus est, qui Sedulii et Prudentii carmina complectitur.

Inter Codices Mss. et impressos cum notis Mss. olim *D'Orvillianos,* X. 1. 5, 36. Prudentius c. Symmachum. 1—34.—Præf. Peristeph. 34. a.—Enchiridion. 34. b—38. a —Apotheosis. 38. a—57. b.—Amartigenia. 57. b—74. b. —Codex membr. in 4to.

X. 1. 6, 4.—2. Collatio Prudentii cum Cod. Cantab. Contulit cl. Lutkenius Danus. pp. 19. Ms. in 4to.

X. 2. infr. 2, 6. Inter Miscellanea, 11. In Prudentium, Hanov. 1613. Varr. Lectt. Mss. pp. 2.

Hæc D'Orvilliana ex Catal. cl. Gaisfordi, Oxon. 1806. 4to.

Editio Prudentii a Vict. Giselino curata, Paris. 1562. extat in Biblioth. Bodl. cum notis Mss. et in eadem duo libri adv. Symmachum, cura Fr. Jureti, cum notis plurimis Mss.

In Biblioth. *Coll. Oriel.* est Cod. memb. elegans et antiquus. ' Incipit Præfatio Prudentii :' ' Explicit Aurelii Prudentii adv. Symmachum Lib. II.' Continet paucas annotationes, cum explicationibus metrorum, ad odas singulas præfixis. Sæc. XIV.

Codices Cantabrigienses.

In *Biblioth. Publ.* secundum Catalogum Mss. Angl. nullus Prudentii codex asservatur. Tres vero codd. suos obtinent locos in *Privilegiis Cantabrigiæ*, Vol. I. p. 627. videlicet, Liber Historiarum, N. 1119. 6. N. 1552. 7. et Psychomachia, N. 1552. 6.

In Biblioth. *Coll. SS. Trin.* tres, ni fallimur, sunt Codd. Prudentii, quorum duo, 6000. 160. et 6007. 163. Cat. Mss. Angl. et Hib. inter Codd. Thomæ Galei numerantur.

In Biblioth. *S. Benedicti*, notandi sunt tres codices. N. 23. in Catalogo Nasmithi, est valde insignis tam ob materiam quam ob antiquitatem. Est codex membran. in fol. In parte priori hæc verba legenda sunt: ' Aurelii Prudentii Clementis Psychomachia, iconibus et allegoricis, curiosorum aspectu non indignis, 89. ornata.' Ex his iconicis 50. tam Saxonicas quam Latinas Inscriptiones continent.

Psychomachiam sequuntur alia poëmata, quorum tituli omnes a Nasmitho colliguntur, portionibus separatis, usque ad 18. inclusive, quæ ultima continet fragmentum Libri primi contra Symmachum.

Pars posterior hujus codicis, ait Nasmithus, sæc. XI. exarata est.

Nec minus insignis est N. CCXXII. quæ describitur a Nasmitho ut Codex membran. venerandæ antiquitatis : in cujus fronte inscriptio legitur, literis capitalibus, et lineis alternatim rubris et nigris. Dedit Nasmithus Rubricam Poëmatum usque ad numerum 38. inclusive.

N. 448. etiam magnam sapit antiquitatem, partim literis Saxonicis scriptus : est Cod. membran. in 4to min. continens alia multa, et art. 8. charactere Latino vetustiori, Versus, seu Hymnos Prudentii de Historia Veteris et Novi Testamenti.

Codex Eboracensis.

Inter Mss. in biblioth. Ecclesiæ Cathedralis *S. Petri* apud Eboracum quædam sunt tam Scriptorum Classicorum, quam ecclesiasticorum; inter quæ codex est Ms. qui continet, cum multis aliis, Poëmata Sedulii de Veteri et Novo Testamento, et Prudentii.

Codex Dunelmensis.

Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis apud *Dunelmum*, scriptis ecclesiasticis et patrum referta, unum possidet volumen, in fol. quod Prudentii opera continet.

Codex Dubliniensis.

Bibliotheca Collegii S. Trinitatis apud Dublinium, quæ dives est libris Mss. tam antiquis, quam recentioribus, quarum plurimæ erant Jacobi Usseri, Archiepiscopi, unum habet, qui, cum multis aliis, continet Aurelii Prudentii in utrumque Testamentum Tetrasticha. Catal. Librorum Mss-torum Angliæ et Hiberniæ.

ADDITAMENTUM,

DE EDITIONIBUS PRUDENTII.

Nulla Prudentii editio Bipontina prodiit. Loco igitur Editionum Recensus, quem excerpere solemus e Bipontinis, accipiat lector Parmensis editoris dissertatiunculam de editionibus quam supra, p. 34. jam dedimus: magis tamen curtam, quam Bipontini solent, editionum recensionem iste fecit, eas tantum memorans quæ melioris notæ visæ sint. Quasdam ab eo omissas lectori hic suppeditamus.

Recte affirmat editor Parmensis Aldi editionem (a. 1501.) non esse editionem principem, ut Aldus venditavit: sed minus recte, ut videtur, (quamvis ita citatur a Fabricio,) refert ad annum 1472. Editio Daventriensis, quæ anno 1472. vulgata creditur, tunc non prodiisse videtur. La Serna Santander, qui huic editioni totum se dedit, eam typographo Paffroed attribuit, circa a. 1490. Vid. Dibdini Introd. to Gr. and Lat. Classics, et ejusdem Biblioth. Spencer.

Prudentii Enchiridion, Lips. per Jac. Thanner. 1494.

Aurelii Clementis Prudentii Opera Poëtica ex editione Rob. Langii, Daventriæ 1495. 4to.

In Bibliotheca Spenceriana tres extant Prudentii editiones, quarum duæ sunt sine anno et loco, altera sine anno.

Prosperi Epigrammata de virtutibus et vitiis, cum Aurelii Prudentii operibus poëticis, sine loco et anno, sed circa 1500.

De editionibus, vel, ut alii mallent, editione Aldi, 1501—2. iis, quæ notat Editor Parmensis, conferri debent, quæ Renouard elaborate narrat Annal. de L'Imprimerie des Aldes. Istius Aldinæ Editionis, quæ (secundum Editorem) tertia esset, nulla est mentio apud Renouard. De Edit. Aldina (rarissima quidem,) a. 1501. accipe quæ leguntur in Biblioth. Askeuiana: 'Est hæc vetusta Aldi

senioris, et a diligentissimo Maittario prætermissa, Editio.' At secundum Dibdinum hoc ipsum Askeuii Exemplar non est genuina Aldi Editio.

Aurelii Prudentii Clementis Liber Historiarum. In calce sic legitur: ' Per Baccularium Wolfgangum Monacensem impressus, et per Magistrum Erasmum Heyneman Leptzensem diligenter emendatus.' Lips. 1503. 4to.

Carmen in Romanum Martyrem, cum Commentario Murmelii Ruremundensis, prodiit Coloniæ 1507. 4to.

Hymni Aurelii Prudentii Clementis, viri consularis, &c. Edidit Rud. Agricola. Viennæ 1515. 4to.

In Prudentii de Miraculis Christi Hymnum ad omnes horas Jac. Spiegel Sebestadiensis Interpretatio, satis quidem longa, describitur vero ut docta. Sebestadii. 1520. Fol. Textus sequitur inprimis Editionem Aldinam.

Prudentii Opera, Antv. 1525. 12mo. 1545. 16mo. 1562. 8vo. In Mus. Brit.

Prudentius cum notis Sichardi et Des. Erasmi, 1553. 16mo.

Orationes quæ in Universali Ecclesia (sic Harlesius) decantantur. Apud Granatam, 1567.

Georgius Fabricius Chemnicensis (ut notat Jo. Alb. Fabricius, in Bibl. Lat.) in tres Pæanas Prudentii et in Hymnos tres alios Prudentii in Romanum Martyrem edidit Expositionem Lips. 1568. 8vo.

Prudentii Libri duo adv. Symmachum, cum notis Fr. Jureti, Paris. 1580.

Prudentii Vita et Opera Paris. 1589. et Col. Agr. 1618. Paris. 1624. et ex Officina Plantiniana Raphelengii 1610. 8vo.

Prudentii Vita et Opera, Lugd. 1603.

Prudentius cum commentariis Is. Grangæi, Par. 1614. 8vo.

Expositio, quæ aurea vocata est, una cum textu, ab Antonii Nebrissensis castigatione feliciter expressa, Cæsarangnstæ 1620. 4to.—Alia editio, Lucronii 1529. 4to.—Alia Stellæ, per Cæsaraugustanum bibliopolam 1563. 4to.

Prudentii Hymnus de Christi Domini et Salvatoris nostri Natali, commentario illustratus: ed. August. Buchnerus Witteberg. 1643. 8vo.

Hymni duo Cathemerinon: 1. Jejunantium. 2. Post Jejunium cum notis: subjungitur Calisto de Jejuniis, Hanov. 1655. 4to.

Hymni selecti, cum notis Vorstii, Lips. 1675. 8vo.

Prudentius extat in Corpore Poëtarum Latinorum a Mich. Maittario edito, Lond. 1721. 2 vol. fol.

Hymni de variis Martyribus, cum codicibus collati et illustrati, in Theod. Ruinarti Actis Martyrum. Veronæ, 1731. fol.

Hymnum de Martyrio S. Laurentii ex recensione Theodorici Ruinarti, de novo recensuit Jo. Adam Schier, Lips. 1763. 8vo.

Editionis Parmensis, cujus textum in hac nostra secuti sumus, titulus est: 'Aurelii Prudentii Clementis V. C. opera omnia, nunc primum cum codd. Vaticanis collata, Præfatione, Variantibus Lectionibus, Notis, ac rerum verborumque Indice locupletissimo aucta et illustrata: Parmæ, ex Regio Typographeo, 1788. facultate obtenta.' 2 vol. 4to. Est satis magnifica, in apparatu typographico, ut sunt pæne omnes editiones Bodonienses. Præfatio et annotationes copiosæ sunt. Editor est Teoli, Gr. Linguæ Professor in Collegio Sapientiæ.

A. Prudentii, &c. ad optimas quasque editiones et Mss. Codices Romanos aliosque recognita et correcta; glossis Isonis Magistri, et aliis veterum, nunc primum e Mss. depromptis, cum Prolegom. Comment. &c. Edente Faustino Arevalo, cum figg. æneis et monumentis sacris. Romæ 2. vol. 4to. Prolegomena et Annotationes valde laudantur.

Inter varias Prudentii Editiones non obtigit nobis videre ullam versionem ex Latina in aliam linguam. Multæ Observationes vero aut Animadversiones, aut si quid alia, extant sine Poëmatibus. Talia sunt quæ profert Nouveau Dictionnaire Historique, et Fabricius Biblioth. Lat. et alia Diction. Biograph. sub voce Prudentius; et quæ Jortinus

in Animadvers. in Prudentium in Miscell. Obss. vol. III. p. 320. sqq. et Em. Merian, Observatt. Crit. in quædam Prudentii loca, Basil. 1789. 4to. et Isaac. Grangæus in Comment. in Aur. Prudentii Libros II. adv. Symmachum, Par. 1614. 8vo. Et omnes quidem pæne qui ediderunt Prudentii Opera, de vita ejus satis ample scripserunt.

Addas etiam Tillemont. Memor. Ecclesiast. vol. X. p. 560. sqq. et Joannem Petrum Ludewig, in Vita Prudentii Witeburg. 1692. cum uno et altero scriptore, qui ab erudito Fabricio citatur. Notandum sit (hoc in transitu) ex eo, quod Fabricius dicit de Editione Aldina 1502. Editionem a. 1501. sibi etiam non notam esse. Sub ejusdem Fabricii auctoritate quosdam prætermisimus editores, 'qui,' ut ipse ait, 'merito ab Interpretum Prudentii numero sint expungendi.'

INDEX

IN

PRUDENTIUM.

A. Apotheosim, *C.* hymnos Cathemerinon, *D.* Diptychon, *H.* Hamartigeniam, *P.* hymnos Peristephanon, *Ps.* Psychomachiam, *S.* contra Symmachum, significant. Quod si *Pr.* alicui harum literarum subjungitur, Præfationem designat. Quando vero duo numeri reperiuntur, prior hymnum denotat, alter vero versum.

A (præ.) C. iv, 15 luce prima in vesperum ii, 108 solis ortu ad exitum xii, 91
Aaron Ps. 548. 884
Ab C. iv, 10. v, 100. 135. vi, 35. vii, 28. H. 183 æterno A. pr. i, 3 ævo P. x, 416 æthere P. ix, 85 alto culmine C. i, 29 aëre C. x, 199 throno regnans Christus P. i, 67. 68 ictu rubet P. ix, 50 imo cespite C. x, 123 fundo C. ix, 38 ore P. x, 128 ungue usque ad capillum P. i, 110 urbe procul P. iii, 38 usque C. iii, 25
Abscissa (abl.) P. iv, 123
Abscisum D. 134
Abde A. 771. Ps. 91
Abdi D. 26
Abdicata (plur.) P. xiii, 52
Abdidit C. ix, 80
Abdit Ps. 520
Abdita (nom. sing.) C. iii, 92. xii, 19. H. 401 rure P. iii, 38 (plur.) A. 637. H. 538. 894. S. ii, 332 cordis P. ii, 344 costarum P. v, 114 leti A. 744
Abditam P. x, 449
Abditis P. ii, 81. 543
Abdito C. v, 119
Abditum S. 1. pr. 52
Abdomina P. x, 918
Abducta (abl.) S. i, 478
Abductam A. 899
Abel P. v, 372. H. pr. 23. D. 7
Abelis P. x, 829
Abessalon H. 565. 578. 581
Abesse P. ii, 34
Abest P. ii, 61 ex animo dolor P. iii, 143
Abesto C. iii, 176 timor omnis S. ii, 736
Abeunte P. iii, 166
Abfuerit P. iii, 125
Abi (imper.) A. 411
Abicit Ps. 149
Abjectus S. 1. pr. 38
Abiens P. x, 816
Abies A. 520
Abigit H. 900. Ps. 632
Abire C. iii, 45. P. xiii, 96
Abjuncta (n. s.) S. ii, 816
Abjunctas P. ii, 441
Abjurare A. 223
Abluantur C. ix, 32
Abluisti P. xiii, 58
Abluit P. vii, 15. H. 669. Ps. 100
Ablutum Ps. 106
Ablutura (plur.) A. 684
